






VE RI TAS
HARVARD
COLLEGE
LIBRARY
HOHENZOLLERN COLLECTION
IN COMMEMORATION OF THE VISIT OF
HIS ROYAL HIGHNESS
PRINCE HENRY OF PRUSSIA
MARCH SIXTH, 1902
ON BEHALF OF HIS MAJESTY
THE GERMAN EMPEROR
PRESENTED BY ARCHIBALD CARY COOLIDGE PH.D.
ASSISTANT PROFESSOR OF HISTORY

Urkundensammlung

der

Schleswig-Holstein-Lauenburgischen Gesellschaft

für

vaterländische Geschichte.

Zweiter Band.

Kiel,
in Commission der Akademischen Buchhandlung.
1842—1858.

Inhalt des zweiten Bandes.

1322.

1343.

1350.

1324.

1325.

Schleswig-Holstein-Lauenburgische

Urkundensammlung.

Urkundensammlung

der

Schleswig-Holstein-Lauenburgischen Gesellschaft

für

vaterländische Geschichte.

Namens der Gesellschaft
redigirt
von
A. L. J. Michelsen.

Zweiter Band.

Erste Abtheilung.

S. H. L. Urkunden von 1300 bis 1350.

Mit einer Wappentafel.

Kiel,
gedruckt in der Königlichen Schulbuchdruckerei.
1842.

Vorwort.

Indem wir hiermit eine Fortsetzung des Quellenwerkes, welches der Verein für die Geschichte der Herzogthümer Schleswig, Holstein und Lauenburg veranstaltet, der Oeffentlichkeit übergeben, glauben wir uns im Allgemeinen auf den Vorbericht zum ersten, vor drei Jahren erschienenen Bande beziehen zu dürfen. Dieser erste Band lieferte in seiner ersten Abtheilung eine Sammlung vaterländischer Urkunden bis zum Jahre 1300: die gegenwärtige Fortsetzung umfaßt das halbe Jahrhundert von 1300 bis 1350, und wir sind überzeugt, der Sachverständige wird sie ihrem innern Werthe und Gehalte nach nicht für geringfügiger halten. Sie giebt für die äußere und innere Geschichte der Herzogthümer manche höchst wichtige Documente von dem verschiedenartigsten Inhalte; sie enthält eine Reihe der bedeutendsten Diplome, die bisher entweder gar nicht oder doch weniger correct gedruckt waren, und zwar für einen Zeitraum, dessen Erforschung und Ergründung in seinen Einzelnheiten ebenso schwierig, als in seinen Ergebnissen für das Ganze und den Gang unserer Landesgeschichte wichtig ist. Es ist der Zeitraum, in welchem einerseits die altdeutsche Unsitte der Landestheilungen ihren Höhepunct erreichte und die größte Verwirrung herbeiführte, andererseits aber die Ver-

bindung zwischen Schleswig und Holstein politisch und rechtlich sich begründete, welche seitdem eigenthümliche Substanz und wesentlicher Charakter unsers staatlichen Gemeinwesens und seiner Geschichte geworden ist.

Auch diese Fortsetzung ist, wie der Anfang unserer allgemeinen Urkundensammlung, durch gemeinsame Bemühungen mehrerer Freunde der heimathlichen Geschichte zu Stande gekommen. Ein größerer Vorrath von Urkundenabschriften lag vor, aus welchem eine Auswahl getroffen werden konnte und mußte. Für diese bleibt der Unterzeichnete verantwortlich, während es sich übrigens von selbst versteht, daß er nur für die von ihm selber mitgetheilten Urkundentexte, die freilich die überwiegend größere Zahl ausmachen, im Einzelnen einzustehen vermag. Mit Bedauern müssen wir hier darauf aufmerksam machen, daß sich bei dem Ordnen der vorliegenden Urkundenabschriften für den Druck ein, in dem vorangestellten chronologischen Verzeichnisse berichtigtes, Versehen eingeschlichen hat, indem die Urkunde No. LII. nicht von 1324, sondern von 1334 datirt. Und wir ergreifen die Gelegenheit, um hier zu bekennen, daß wir bei dem Ordnen der ersten Abtheilung des ersten Bandes dieses Landesdiplomatars leider einen gleichartigen Misgriff durch Eilfertigkeit begangen haben, indem die daselbst S. 94—96 No. LXXXIX. mitgetheilte Urkunde nicht, wie geschehen, in das Jahr 1268 zu setzen ist, sondern zu den späteren über den betreffenden Gegenstand mitgetheilten Diplomen gehört.

Was die einzelnen Beiträge für gegenwärtige Sammlung betrifft, so haben wir darüber mit aufrichtiger Erkenntlichkeit und Dankbarkeit zu berichten, daß die Nummern, welche in der Ueberschrift als aus dem Ratzeburger Domarchive, welches gegenwärtig in dem Großherzoglich Geheimen Archive zu Neustrelitz bewahrt wird, oder als aus dem daselbst befindlichen alten Ratzeburger Copialbuche entlehnt von uns sind be-

zeichnet worden, durch den Herrn Pastor Masch zu Demerk bei Rehna gütigst eingesandt worden; die aus Krohn's handschriftlichen Sammlungen zur Lauenburgischen Geschichte oder aus dem Möllner Stadtarchive aber durch den Herrn Dr. von Duve zu Ratzeburg. Es sind uns ferner die aus dem Steinrader Gutsarchive gelieferten Nummern von Herrn Dr. Pauli in Lübeck gefälligst zugestellt worden, und die nach den Urschriften auf der Lübeckischen Stadtregistratur copirten aus früher angelegten, reichen Sammlungen des Herrn Dr. Deecke daselbst. Endlich sind alle aus dem Geheimen Archive zu Kopenhagen (Arch. Reg) mitgetheilten Nummern von dem Unterzeichneten selber abgeschrieben oder unter seiner unmittelbaren Aufsicht besorgt worden.

Ebenfalls sind die auf der beigefügten Wappentafel zusammengestellten Abbildungen von Wappen holstein-schauenburgischer Landesherren aus dem gedachten Zeitraume bereits vor längeren Jahren von dem Unterzeichneten besorgt worden. Es sind sämmtlich Zeichnungen, mit angegebener Jahreszahl der Urkunde, nach Siegeln, wie sie an Originaldiplomen im Geheimen Archive zu Kopenhagen hängen. Wir unterlassen nicht, in Bezug darauf hier ausdrücklich zu bemerken, daß das Schwert, worauf Gerhard der Große mit seiner Rechten sich stützt, denn ein Schwert soll es zweifelsohne seyn, nicht durch die Schuld des Zeichners oder Steindruckers sich fast wie ein Stock auszunehmen scheint, sondern daß es wirklich auf dem Siegelabdrucke des Diploms vom Jahre 1322, von welchem wir früher eine möglichst getreue Abzeichnung haben verfertigen lassen, auf solche Weise, so weit wir sehen konnten, sich wirklich darstellt.

Unter einigen älteren Urkunden des Oldenburgischen Fürstenhauses, die im Geheimen Archive zu Kopenhagen bewahrt werden, fanden sich auch die beiden Urkunden, vom Jahre 1260 und vom Jahre 1337, die wir in dieser Sammlung Nr. LXXXVII.,

obgleich sie auf die Geschichte von Nordalbingien sich nicht beziehen, doch zu veröffentlichen nicht haben unterlassen wollen, weil sie, bisher ungedruckt, für die Geschichte Bremens, Oldenburgs und der dortigen Friesenstämme offenbar von ganz besondrem Interesse sind.

Kiel im April 1842.

A. L. J. Michelsen.

Schleswig-Holstein-Lauenburgische

U r k u n d e n

von 1300 bis 1350.

Verzeichniß.

I.

Graf Johann von Holstein genehmigt dem Kloster zu Reinfeld einige in der holsteinischen Marsch angekaufte Grundabgaben. 1301.

(In Arch. Reg.)

Nos Dei gratia Johannes comes Holtsacie presentibus recognoscimus et protestamur custodem uel sacristam monasterii in Reyneuelde nostra licentia et beniuolo consensu conporasse in districtu dominii nostri undecim marcarum et decem solidorum redditus. ad luminaria ipsius ecclesie conparanda. videlicet in villa Nienbroke quatuor, in Suderowe septem, et decem solidorum in Cronesmore. Si vero, quod absit, illi homines, ad quos spectat predictos redditus erogare, distulerint aut noluerint hoc certis et statutis temporibus adimplere, tunc nostra licencia et auxilio extorquebitur ab eisdem, et ne officium predicti custodis in hoc a quoquam homine in posterum impediatur, dedimus ei hoc scriptum sub sigillo nostro in testimonium predictorum. Datum Reyneuelde in quadragesima dominica qua cantatur Reminiscere. anno domini MCCC. primo.

(Fragmenta sigilli Comitis adpendent.)

II.

Die Grafen Johann und Gerhard von Holstein und Stormarn vereinbaren sich mit dem Kloster Cismar über die Gränzbestimmung der Besitzungen desselben, unter Austausch einiger Dörfer. 1301.

(Ex apogr. vet. in Arch. Reg.)

Universis praesentes literas inspecturis Johannes et Gerhardus Dei gratia Comites Holtzaciae et Stormariae salutem in omnium Salvatore. Propter infirmas hominum

memoria, ne ea, quae a nobis rationabiliter aguntur, oblivioni tradantur, non solum voce testium, verum etiam testimonio literarum ea duximus certa notitia perennare, quatenus a posteris nostra notitia et devotio commendetur, et ad opera Caritatis quique fideles exemplo consimili provocentur: Cum diuturna quaestio ex parte Monasterii in Cysmer nobis assidue moveretur super quibusdam terminis suis nondum signatis, juxta indaginem positis. Nos igitur pensantes, et utile et meritorium apud Deum et homines esse, finem tantae dubietati imponere, personaliter cum Domino Johanne, ejusdem monasterii Abbate et suis fratribus ad praedictos terminos accessimus, et quod fuerat dubium, certis signis duximus distinguendum. Fecimus enim grande fossatum, et cumulos, ut evidentia signorum veritatem terminorum futuris temporibus demonstraret. Praeterea, ut nostri et haeredum nostrorum perpetua memoria in dicta Ecclesia studiosius habeatur, ex consensu Gherardi et Woldemari, filiorum Gherardi Comitis de nostro adjecimus in terminis praedicti Monasterii paludem sive pratum, quod Reedwische dicitur, jacens inter magnum stagnum et indaginem, et rivum stronum cum omni judicio et libertate perpetuo possidendum. In cujus rei recompensam praedicti Abbas et Conventus nobis et nostris veris haeredibus villam Cereze cum molendino et omnibus attinentiis suis, sicut hactenus habuerunt, resignaverunt perpetuo possidendam, et ne alicui in posterum de terminis praedicti Monasterii ambiguitas oriatur, decrevimus, singula loca ex praemissis nominibus declarare, incipientes a superiori parte piscinae, quae Crumedyk dicitur, magno acervo signata, inde ad paludem cruce signatam, inde directe cum acervis et fossatis et lapidibus signatis usque ad rivulum acervo signatum: inde per descensum rivuli cum acervis usque ad paludem acervo signatum, inde directe cum acervis usque in rivum, qui dicitur Clodevice, acervo signatum, quem rivum totaliter, quousque influat rivum, qui dicitur Galtnice, inde in terminis Smuckendorp acervis et fossatis ad locum, qui Donekenbrügghe dicitur, inde cum acervis et per ascensum rivi ad parvam paludem, inde cum acervis ad lapidem cruce signatum, inde cum acervis ad parvam paludem, et per descensum rivi in terminis Ratmersdorp, per Moresse usque ad grande fossatum. Inde in eodem fossato procedendo per paludem inter Biscoppelbergk et Gutowe, et inter Stritrod et Gutowe, et ultra sive extra novale, quod Maselowe dicitur, plurimis acervis signatis usque ad rivum Stronum, et per descensum rivi usque ad mare salsum. Damus etiam praedictis Abbati et Conventui liberam facultatem praedicta signa renovare, meliorare, et reformare, cum spiritualibus sive secularibus personis, quandocunque ipsis videtur expedire, sine quacunque contradictione. Hanc autem emptionem et praedictorum terminorum distinctionem volentes habere de cetero inconcussam, praesentes literas super hoc editas, sigillorum nostrorum munimine fecimus roborari. Hujus rei testes

sunt Henricus, noster Capellanus, Henricus Plebanus in Oldenborgh, Henricus Plebanus in Hilgenhaven, Ludolfus, dictus Durenbergh, Emeke Hacke, Marquardus Zantbergh, Marquardus et Johannes Zolder, milites, Henricus de Quale, Marquardus Ratlowe, Lambertus de Dame, Marquardus Spore, ac alii quam plures. Datum in Oldenborgh anno Domini millesimo tricentesimo primo in die Assumptionis Mariae Virginis.

III.

Graf Adolf von Schauenburg schenkt ein Gut an den Bürger Johann Bischoping zu Lüneburg. 1303.

(Ex apographo Prof. Gebhardi.)

Adolfus Dei gratia domicellus Holtzacie et Scowenborgh Comes uniuersis presencia visuris vel audituris sinceram in domino caritatem. recognoscimus tenore presencium firmiter protestantes, quod de pleno consensu et uoluntate dilecte matris nostre domine Helene comitisse Holtzacie et Scowenborgh ac fratrum nostrorum fideliumque vasallorum diligenti prehabito consilio ad Johannem Bischoping ciuem in Luneborgh et suos veros heredes natos et nascituros Jus proprietatis, quod nos hucusque possedimus et habuimus et nostri progenitores bone memorie multis annis possederunt in Curia Middelhove dicta, sita in villa Oden, propter instancias petitiones et amicitias Hildemari de Oden famuli nobis factas, presentibus transferimus et donamus, Ita ut prefati Johannes Bischoping et sui heredes dictam curiam in Oden cum omni iure libertatis possunt et debent libere pacifice absque nostra et nostrorum Heredum succedentium impeticione perpetue possidere. Insuper si dictum Johannem vel suos heredes dictam curiam vendere contingeret, extunc ille vel illi frui et uti debet et debent dictis libertatibus per nos concessis in eadem. Ut autem haec translatio et donatio a nobis nec a nostris heredibus nec per quemcunque nomine nostro reuocari infringi seu mutari queat. presens scriptum inde confectum et nostro Sigillo munitum eidem et suis heredibus in euidens testimonium duximus conferendum. Datum et actum Hamborch anno domini millesimo trecentesimo tercio feria secunda proxima post dominicam Invocauit.

(Sigillum equestre originali adpendet.)

IV.

Herzog Heinrich von Mecklenburg verkauft dem Kloster Cismar das Dorf Warichstorff. 1303.

(Apogr. in Arch. Reg.)

In nomine domini Amen. Universis Christi fidelibus, praesentia visuris, Henricus Dei gratia Dominus Magnopol. salutem in domino sempiternam. Ne ea, quae geruntur in tempore, simul cum lapsu temporis evanescant et pereant, poni solent in lingua testium, vel scripturae memoria perennari. Ea propter notum esse cupimus omnibus et constare, quod nos de consensu et beneplacito dilectae matris nostrae dominae Anastaciae, vendidimus Domino Johanni Abbati totique conventui ecclesiae sanctique Johannis Evangelistae in Scismaria, ordinis beati Benedicti, Lübicensis diocesis. villam nostram Warikesdorpe, pro octingentis et sedecim marcis denariorum Lübicensium, cum terminis suis hactenus habitis et obtentis, cum omnibus suis proventibus, pratis, pascuis, aqvis, aqvarumque decursibus, lignis, agris, cultis et incultis, et minora judicia usque ad solidos sexaginta. De majoribus vero judiciis, videlicet manus et colli tertiam partem pradictis vendidimus, duas vero partes nostris usibus reservantur. Libertamus etiam colonos praedictae villae ab omni onere exactionis et servitiis, qvae dicuntur Brugwerk et Borgwerk, coeterisque servitiis, quibus populus terrae nostrae nobis obligatur. qvae qvidem bona ea libertate vendidimus, qva priora bona sua in nostro dominio dinoscuntur hactenus habuisse. Si etiam petitionem in terra nostra recipere decrevimus generalem, coloni memorati nullam precariam nobis dabunt. Hujus rei testes sunt Johannes de Cernin, Marqvardus Delo, Hegno de Stralendorpe, Echardus de Qvitzowe, Nicolaus de Chutowe, Conradus de Cremun, Hermannus de Modentin, Raven de Wozsteen, Henricus Stenhus, Rosendal de Plesse milites. Gherardus de tperez. Jordanus de platea piscium, cives Lübicenses et alii qvam plures fide digni. In cujus rei testimonium sigilla nostra praesentibus sunt appensa. Datum Wismariae anno domini M. CCC. III. in die nativitatis beati Johannis Baptistae.

V.

Herzog Heinrich von Meklenburg verkauft verschiedene Landbesitzungen an den Grafen Gerhard von Holstein. 1303.

(Orig. membr. in Arch. Reg.)

Nos Dei gracia Dominus Hinricus Magnopolensis recognoscimus et tenore presencium protestamur, quod sano ducti consilio, cum consensu patrui nostri karissimi, Nicolai Domini de Wenden, vendidimus avunculo nostro karissimo, Illustri Domino Gherardo Comiti Holdsacie et de Schowenburgh, et suis heredibus, pro ducentis marcis Stendaliensis argenti nobis integraliter persolutis, in villa Rolueshaghen duodecim mansos, in villa Stellereshaghen decem et septem mansos cum dimidio, in Smaghthagen decem et octo mansos, et in Dunkersdorpe tres mansos, quando vacuerint primo a nostris vasallis, quibus obligati sunt, cum omni proprietate, jure et homagio, sicut nos habuimus, tam diu pacifice possidendos, quousque nos uel nostri heredes seu successores eosdem mansos reemere poterimus pro ducentis marcis argenti Stendaliensis superius iam predictis, et interea quod avunculo nostro predicto, uel suis heredibus, hos mansos in dictis villis non assignauerimus sibi aut suis pro quibuslibet centum marcis argenti duodecim marcas argenti supradicti dabimus annuatim. Quod si non fecerimus, Nos una cum nostris militibus fidelibus, videlicet Johanne de Cernin, Marquardo de Lo, Heynone de Stralendorp, Hermanno de Modentin, Hinrico Pren, dicto Stenhus, Nicolao de Chuchow, Ottone et Heydenrico de Lu, Wismariam civitatem in crastino Martini intrabimus ad iaciendum, non exituri, nisi fuerit sibi aut suis anno quolibet de redditibus summe principalis satisfactum, capitali pecunia non soluta. Quod autem nos vel aliqui ex parte nostri dictum avunculum nostrum et suos heredes ante reemptionem in prenominatis mansis impedire non debeamus, pro eo Nos et nostri milites iam dicti stare volumus avunculo nostro fidetenus memorato. In cuius testimonium sigillum nostrum et Patrui nostri Domini Nicolai de Werle presentibus sunt appensa. Datum Anno Domini M. CCC. tercio, in octaua sancti Johannis baptiste.

(Sigillum utrumque abest.)

In dorso:

Litera super certis mansis in villis Rolueshagen, Stelleresbagen et in Dunkersdorpe.

alia veteri manu:

Hertogh H. van Mekelenborgh vendidit Comiti G. Holtzacie certos mansos in Roleueshagen etc. et apposita est magna obligacio.

VI.

Erzbischof Giselbert verpfändet dem Grafen Heinrich von Holstein das Kirchspiel Langenbrock. 1304.

(Ex orig. membran. in Arch. Reg.)

In nomine domini amen. Nos Gyselbertus dei gratia sancte Bremensis Ecclesie Archiepiscopus uniuersis presencia visuris cupimus esse notum, quod nos obligauimus et assignauimus Nobili viro Domino Hinrico Comiti Holtsacie pro se et suis heredibus recipienti parrochiam Langhenbroke cum decima, dikschowing, excessibus de iudicio, quod hochding vulgariter dicitur, prouenientibus, cumque omni utilitate et commodo, iuribus et pertinenciis, provt ad nos et nostram ecclesiam pertinebat, pro quingentis marcis denariorum Hamburgensium, quas sibi soluere tenebamur, ex conditione et pactis adiectis, quod si ante festum beati Martini proxime venturum eidem Comiti vel suis heredibus dictas quingentas persoluerimus marcas, prefata parrochia cum proscriptis attinenciis et fructibus ad nos et nostram ecclesiam libere reuertetur, et nos dampnum, quod idem Comes et predictam pecuniam non solutam sustinuerit, debebimus resarcire. Verum post festum beati Martini predictum eandem parrochiam pro eadem pecunie quantitate redimere poterimus, quandocunque nobis aut nostris successoribus uidebitur expedire. In cuius rei testimonium presentem paginam sigilli nostri munimine sibi tradimus roboratam. Datum Haseldorph Anno Domini M. CCC. quarto, feria tercia, infra octauas penthecostes, presentibus Jllustri Duce Johanne de Saxonia, honorabili viro Domino Lodowico preposito Hamburgensi, Conrado, milite de Beterkesaa, et aliis quam pluribus fide dignis. [1])

(Sig. avuls.)

VII.

Ritter Detlef von Parkentin zu Ratzeburg verkauft Zehnten in Niendorf an den Pfarrer Johann von Möln zu Siebenbäumen. 1304.

(Orig. membr. in Arch. Raceb.)

In nomine domini amen. Nos Dethleuus de parkentin miles residens in castro Raceburg. Uniuersis presentia visuris uel audituris Salutem in domino sempiternam.

---

1) Ueber den Inhalt dieser bisher ungedruckten Urkunde vgl. Archiv für schleswig-holst. Staats- und Kirchengesch. I. S. 9—10.

Quoniam ea que exordium in tempore recipiunt a memoriis hominum per successus temporum elabuntur, humanum genus sibi scripture remedium adinuenit, vt si que dubia de hiis que facta sint emerserint. per scripture testimonium eorum ueritas elucescat. Nouerint itaque presentes ac posteri quod cum dominus Johannes de Molne verus plebanus in sovenbomen quasdam facultates non solum sudoribus propriis sed etiam de quorundam fidelium elemosina collegisset, affectabat nichil auidius quam ut in dei laudem et beate virginis matris sue reponerentur et nihilominus in perpetuam memoriam omnium fidelium defunctorum his igitur Dethleuus suis affectibus pensatis ipsum dominum Johannem merito vt quemlibet decet Cristicolam iuvamus ad effectum hujusmodi prosequendum et prehabita plena deliberatione cum consensu nostrorum amicorum et dilecte legitime nostre Jutten nostrorumque filiorum marquardi et hinrici consilio adessente vendidimus prefato domino Johanni rite et rationabiliter dimidiam decimam cum tributo in villa nigendorpe et omnibus attinenciis prout nos possedimus multis annis excepto jure pro centum marcis lubicensium denariorum qua decima nobis universis annuentibus admemorata dotavit Ecclesiam souenbomen perpetuis temporibus duraturam. Praeterea ut nichil de contingentibus obmutatur arbitrantes, si ipsam vellemus rehabere decimam, vel si ecclesia Raceburgensis huiusmodi nollet sinere. dotationem cum tamen de ipsa habeamus decimam jure hereditario et recipere cogeremur ipsas centum marcas mediante consilio domini Johannis vel sui successoris in alias conuertemus. redditus sepe dicte ecclesie eo jure quo cuiuslibet dotis proprium est dotatio perhenniter possidere et sic semper concludere ut prememorata summa c marcarum in redditibus maneat apud dotem. Ceterum si ipsum dominum Johannem jam sepedictum quocunque casu vel causa alienas inmorari contigerit prouincias hoc non obstante dictos redditus suis nunciis aut amicis quos ad hoc duxerit deputandos faciemus expedite debitis temporibus suo nomine presentare. Ut autem hec emptio et nostra dotatio stabilis [ac] etiam inconuulsa permaneant nec inposterum ab aliquo valeant immutari presentem cedulam testimonialem exinde conscriptam nostri sigilli appensione et sigilli nostri dilecti filii marquardi, nec non sigilli patrui nostri hinrici de parkentin ducimus roborandam. Datum Raceburg anno dni M. CCC. Quarto In vigilia Mathei apostoli et ewangeliste. 1)

---

1) Auf Pergament in einer festen, regelmäßigen Minuskel ohne viel Abbreviaturen geschrieben; von den 8 verlornen Siegeln sind nur Reste der Pergamentstreifen, mit denen sie angehängt waren, vorhanden. Auf der Rückseite steht von alter Hand: non est vic (aria.)

VIII.

Landestheilung der Grafen Adolf, Gerhard und Heinrich von Holstein. 1304.

(Orig. membr. in Arch. Reg.)

Adolphus Dei gracia Comes Holtsacie et in Scowenborgh, Omnibus praesencia visuris Salutem in omnium Saluatore. Ad noticiam singulorum tam praesencium quam futurorum cupimus pervenire, Nos cum fratribus nostris dilectis, Gerhardo et Hinrico Comitibus Holtsaciae super diuisione hereditatis paterne in hunc modum amicabiliter ac fauorabiliter concordasse, Videlicet quod Nobis de mera et libera voluntate nostra in partem nostram assignauerunt terciam partem civitatis Hamburgensis cum omni jure, vsu, fructu et vtilitate, que exinde poterint nunc siue temporibus postfuturis aliquatenus provenire, item insulam que Gorgiswerder dicitur, ac parochias Eppendorphe et Nyggenstede, cum omnibus attinentiis earundem et jure omni, vt superius est expressum. Preterea in hereditariam partem nobis addiderunt villas infrascriptas, scilicet Bobyce cum molendino, novum Swchele, Berchowe, Sarowe cum molendino, Glasowe, Swincule, Nuchele, Gyslenrodhe, Cicline, cum omnibus terminis earum infra et supra, prout in latum et in longum se extendunt, hactenus habitis et obtentis, praeter stagnum et piscariam Berchowe adjacencia, que ad vsus suos proprios sibi retinebunt. Habemus etiam opcionem, quod possumus habere antiquum Swchele, dum vacauerit, si voluerimus, pro bonis similibus vel equiualentibus, de bonis nobis nunc dimissis, Nichilominus in molendino Plone habemus quadraginta mesas siliginis, mesam per duodecim modios computatam, item in molendino Reygnoldesborgh decem mesas siliginis, mensura simili, nobis annis singulis persoluendas. Consenserunt eciam nobis, vt prebendam in Hamburgh et Vicariam ibidem instaurandam liberaliter et perpetuo conferamus, dum ad id obtulerit se facultas. Statuimus etenim inter nos et ordinauimus voluntate vnanimi et consensu, si aliquis nostrum absque liberis et heredibus decesserit aut mortuus fuerit, superuiuentes succedent eidem in Vasallis, municionibus, et bonis omnibus, que per mortuum postposita fuerint et relicta. Adjecimus insuper, quod nullus nostrum bona sua ad terram Holtsaciae pertinencia vendat alicui persone alienigene, nisi nobis et nostris heredibus. Similiter et nos ipsis ac eorum heredibus vendemus pro tanta summa pecunie, quantam aliquis pro eisdem bonis dare uel exponere vellet, ut eadem bona in feodum reciperet ab aliquo et teneret. Quod si emere nollent, vt dictum est, vendat cuicunque velit licite et expedite.

Obligaverunt eciam se nobis fratres nostri per presentes, Nos adjuvare municionem vnam construere et firmare versus Albiam, dum nobis videbitur expedire. Annuimus eciam ipsis fratribus nostris, quod si bona aliqua ad civitatem Hamburgh pertinencia distraximus, per vendicionem vel infeodacionem vel impigneracionem, illa redimemus et eisdem restituemus libera et soluta. Ne autem dubium aliquod de predictis futuris temporibus oriatur, sigilla fratris nostri Comitis Gerhardi, et heredum Comitis Hinrici fratris nostri, cum sigillo nostro, presentibus sunt appensa. Datum et actum Plone, presentibus Hartwico Lupo, Hinrico de Kurne, et Elero, Echardo de Dorne militibus, et Domino Bertramo Kvle, et aliis quampluribus fide dignis. In inuentione Stephani Prothomartiris Anno Dni M.CCC. quarto.

In tergo:

Quedam diuisio terrarum dominorum Holtsacie.

(Duo sigilla in ligulis membranaceis fuere appensa, sed jamdudum avulsa.)

IX.

Erbvertrag und Landestheilung des Grafen Johann mit den Grafen Gerhard und Heinrich von Holstein. 1304.

(Orig. membr. in Arch. Reg.)

In nomine patris et filii et spiritus sancti, amen. Vniuersis presencia visuris Johannes dei gracia Comes Holtsacie et Stormarie salutem in domino sempiternam. Cum temporum mutabilitas omnia immutat, et ea, que fiunt sub tempore, simul euanescunt cum tempore, nisi scripto firmentur firmissimo. Huius rei gracia tam presentibus quam futuris volumus esse notum, quod nos, cum bona voluntate et mero consensu nostro ac heredum nostrorum, dilectis patruelibus nostris, Dominis Gerhardo et Henrico, Nobilibus Comitibus Holtsacie et in Scowenborgh, et eorum veris heredibus, de bonis fratris nostri dilecti Domini Adolfi, Nobilis Comitis Holtsacie et Stormarie, post mortem suam, si ipsum Comitem Adolfum iam dictum sine prole legitima descedere contigerit, dimittimus et contulimus terras infrascriptas, videlicet parrochiam Wlensick, parrochiam Steenbeke, parrochiam Radolfstede, Insulam dictam Billenwerder, et insulam dictam Osenwerder, cum omnibus iuribus et pertinenciis suis, in terminis hactenus ha-

bitis et obtentis, sicuti dictus frater noster Comes Adolfus et nos habuimus et possedimus, libere et pacifice iure hereditario perpetualiter possidendas, tali apposita condicione, quod patrueles nostri prescripti, scilicet Comites Gerhardus et Henricus, ac heredes eorum, a nobis et a nostris heredibus sint perpetuo separati, non valentes de cetero ciuitatem Hamborgh aut reliqua bona fratris nostri sepedicti ratione impetitionis vel diuisionis attemptare. Ceterum pro dimissione et collatione terre prescripte, ad auxiliandum nobis contra quoslibet, qui nobis aut heredibus nostris preiudicium aut grauamen aliquod in bonis prefati fratris nostri inferre seu procurare presumpserint, patrueles nostri sepedicti erunt et manebunt iugiter obligati. Ad cuius rei euidenciam presencia fecimus sigilli nostri munimine roborari. Presentibus dominis et sacerdotibus, Henrico preposito in Porez, Thiderico et Stephano capellanis nostris, Elero sacerdote de Hadebodhe, Item militibus Dominis Marquardo dicto Soldeer, Johanne dicto Swin, Timmone dicto Blook, et Henrico dicto de Daam, Item Marquardo dicto Cathtescroge, et aliis quam pluribus fidedignis. Datum et actum Anno domini M. CCC. quarto, in die beati Ambrosii episcopi.

(Sigillum ex cera alba fere integrum.)

In tergo:

Super parochias Trittow, Vulensyk etc. et Billenwerder et Ossenwerder.

X.

Graf Heinrich von Holstein verkauft Malutekendorf an das Kloster Cismar. 1304.

(Orig. membr. in Arch. Reg.)

In nomine patris et filii et spiritus sancti Amen. Uniuersis presencia visuris Henricus dei gracia Comes Holtsacie et in Scowenburgh salutem in domino sempiternam. Propter infirmas hominum memorias ne ea, que a nobis rationabiliter aguntur, obliuioni tradantur, sed contra varios futurorum euentus robur obtineant perpetue firmitatis, non solum voce testium, verum eciam testimonio literarum ea duximus certa noticia perhennare. Huius rei gracia notum esse volumus vniuersis tam presentibus quam futuris, quod nos de consensu inclite uxoris nostre Helwigis, et fratris nostri dilecti Nobilis domini Gerhardi Comitis Holsacie, ac heredum nostrorum, villam nostram Malutekendorp, cum molendino et restagnatione

piscine adiacente, cum omni iure et vtilitate, qua nos possedimus, videlicet agris, cultis et incultis, lignis, pratis, paschuis, aquis, aquarumque decursibus, paludibus, et cum terminis suis hactenus habitis et obtentis. Hec omnia cum vniuersis eorum vsibus vendidimus ecclesie sancte Marie sanctique Johannis ewangeliste in Cyscemer ordinis sancti Benedicti, Lubicensis dyocesis, pro trecentis marcis denariorum Lubicensium pecunie numerate, nostro iuri in dicta villa per omnia renunciantes ....entes eciam, vt predicte ville coloni liberi sint ab omni .... expeditione et seruiciis, brugwerch, borgwerch, greuenschath ..., seruiciis, quibus dicte ville coloni molestari possent, absque defensione terre tempore .... [1]) lanthwer communiter appellatur. Preterea vt nostra et vxoris nostre predicte ac heredum nostrorum memoria in prefata ecclesia perpetuis temporibus maneat stabilita, de iam dicta pecunia, scilicet de trecentis marcis denariorum predictorum quinquaginta marcas dominis fratribus prelibatis duximus relaxandum. Vt autem hec a nobis et a cunctis nostris heredibus rata permaneant et inconuulsa, Sigillorum nostri ac fratris nostri Domini Gerhardi supradicti appensione presencia decreuimus roborare. Testes huius sunt, Domini, Conradus de Reygnoldesburgh, Elerus de Haddebodhe, Johannes de Beveringhusen, Capellani nostri, Arnoldus de Visbeke, Henricus de Alverstorph, Godschalcus de Porsvelde, Tedleuus de Slescen, milites, Arnoldus de Visbeke aduocatus noster, Leo et Otto de Dosenrode, Bertrammus de Daame, castellani nostri, et alii quam plures fide digni. Datum et actum Reygnoldesburg anno Domini Millesimo trecentesimo quarto, in die sancti Benedicti abbatis, feliciter amen.

(Utrumque sigillum adpendet.)

XI.

Herzog Johann von Sachsen bescheinigt ein von den Städten Lübeck und Hamburg erhaltenes Freundschaftsgeschenk. 1305.

(Orig. [2]) membr. in Arch. Lubec.)

Johannes, Dei gracia Dux Saxonie, Angarie et Westfalie, omnibus presencia visuris Salutem in Domino, recognoscimus publice in hiis Scriptis, nos ab honorabilibus et discretis viris nostris specialibus amicis, Consulibus Civitatum Lubeke et

1) belli, quae.
2) Die Urkunde wird hier aus Krohn's Collectaneen mitgetheilt.

Hamborch, una cum fratre nostro charissimo duce Alberto,[1]) centum marcas denariorum Lubecensium recepisse, causa mere dilectionis et amicitie inter nos mutuo confirmando, quod per appensionem Sigilli nostri duximus protestandum. Datum Louenborgh Anno Domini MCCC qvinto, in die Odelrici confessoris.

XII.

Graf Adolf von Holstein und Stormarn bestätigt den abseiten Marquard's von Gandberghe geschehenen Verkauf der Dörfer Stenrode und Eckhorst an Tidericus von Alen nach Lehnrecht, und überläßt letzterem zugleich die Gerichtsbarkeit in diesen Dörfern für 200 Mk. Lüb. 1306.

(Das Original im Archive des Gutes Steinrade.)

In nomine sancte et indiuidue trinitatis amen. Vniuersis Christi fidelibus ad quos presens scriptum peruenerit. Adolfus dei gracia comes holtsacie et stormarie salutem in domino. Vt ea, que fiunt in tempore non euanescant nec pereant tempore defluente, solent scripturarum et testium memorie commendari. Quare recognoscimus et presencium testimonio constare uolumus vniuersis presentibus et futuris de nostro fidelium nostrorum beneplacito et consensu Thidericum de Alen burgensem Lubicensem a Marquardo de gandberghe et omnibus suis fratribus pro octingentis marcis denariorum lubicensium duas villas silicet Stenrode et Echorst in omni Jure sicut dictis vasallis nostris hactenus pertinebant juste rite ac racionabiliter comparasse. Que bona dicti fratres, silicet hii ad quos de jure pertinebant resignauerunt prefato Thiderico juste et legitime coram nobis et nos ea eidem Thiderico et Rikeren eius uxori et eorum liberis ac eorum veris heredibus juste et modis debitis jure contulimus pheodali, et quia dicti fratres nostri vasalli in ipsis bonis Judicium non habebant, idcirco nos, intuentes grata seruicia ipsius Thiderici nobis exhibita eidem et suis successoribus vniuersis iudicium maius et minus, summum et infimum et omnia iudicia intermedia pro ducentis marcis denariorum lubicensium dimisimus et resignauimus in hiis bonis, ut bonis eisdem in omni jure quod nos habuimus in ipsis pacifice perfruantur in eisdem terminis vt nunc iacent cum agris cultis et incultis, pratis, pascuis, viis et inviis, paludibus, aquis aquarumque decursibus, nemoribus rubetis et cuiuslibet generis lignis, exitibus et regressibus, ita quod de eis nichil dare nobis aut nostris posteris teneantur, jure tamen nobis collacionis ipsorum

1) Die gleichlautende Urkunde des Herzogs Albert findet sich gleichfalls in Krohn's Collectaneen, abgeschrieben nach dem Originale im Lüb. Stadtarchive.

bonorum libero reseruato, nam si ea in parte vel in toto dederint aliquibus nostrorum vasallorum consortibus ibi nos ea conferimus vt suas vtilitates et commoda sua disponant in ipsis prout sibi nouerint expediri, volentes insuper ipsum Thidericum amplioris gracie beneficio preueniri sibi concedimus, quod ipsa bona sine quolibet seruicio nobis aut nostris exhibendo possidere debeat temporibus vite sue. Testes huius sunt dilecti fideles nostri Johannes de rennowe, Hermannus de Lasbek, Hartwicus de hummersbutle, Hermannus de Weresrodhe, Hinricus de ricwardesdorpe et Marquardus de Sandberghe milites, Item famuli Hinricus de tralowe, Johannes de Sandberghe, Emeke Sandberch, Johannes de Lasbeke, Consulesque Hamburgenses Johannes dictus miles, Johannes de monte, Hartwicus de crenebergh. Item Alcuinus grope consul Lubicensis. Item Nicolaus balleder, Malketobes et Ludeke sartor ciues seghebergenses et plures alii fide digni. In testimonium igitur omnium premissorum presens scriptum sigillo nostro duximus muniendum. Datum anno domini MCCC. sexto Sabato ante festum palmarum.

(Das Siegel ist abgerissen.)

XIIII.

Erklärung der Herzöge Albert und Erich und der Herzogin Margarethe von Sachsen über den auf fünf Jahre mit der Stadt Lübeck geschlossenen Schutzvertrag. 1306.

(Orig.[1]) in Arch. Lubec.)

Albertus et Ericus Dei gracia Saxonie, Angarie et Westfalie Duces ac eadem gracia Margaretha Ducissa ibidem, omnibus presens scriptum visuris salutem in omnium salvatore, rerum gestarum seriem edax oblivio plerumque consumeret, nisi scripturarum aut testium fideli presidio muniretur, quare presentium protestamur testimonio literarum et constare volumus universis, nos accedente consensu et consilio fidelium nostrorum in solidum et conjunctim ad hoc obligatos esse, qvod consulibus et Burgensibus civitatis Lubicensis et juratis terre Holsatie cooperari debeamus in causis quam habent contra Comites Holsacie in omnibus in quibus dicti consules et jurati sunt invicem confederati, sic videlicet ut turris in Travenemunde et circa eam constructa funditus destruantur, et ut ipsi jurati in suo jure et in suis

1) Wird hier aus Krohn's Collectaneen mitgetheilt.

aliis justis permaneant, in omnibus quibusab ipsis Comitibus contra justitiam praegravantur, ad hec in expedicionibus que trecke dicuntur eis cooperabimus cum centum Faleratis dextrariis et tot viris armatis et in obsidione turris cum hec fieri placet dictis consulibus etiam cum centum dextrariis et totidem armatis in nostris undique dampnis et expensis et sicut contra dictos comites, sic etiam eos juvabimus contra ipsorum Comitum adjutores. ceterum dictis Comitibus contradicemus et invectiones nostras contra eos, cum dicti Consules et jurati nobis dixerint, faciemus et non prius. Capitaneum etiam nostrum hiis durantibus dissensionibus sive gverris, cum aliqvibus armigeris freqventer habebimus in ipsa civitate sub nostris expensis, et si munitiones aliqve interim contra libertates, qvas hec civitas habet ab imperio, fuerint constructe, illas removeri juvare tenemur. munitiones etiam interim constructe contra dictos Comites cum composicio tandem facta fuerit, cum nostro juvamine destruentur. nec ulla compositio fiet aliqua ratione qvin prius ipsa turris funditus sit destructa. mercatores etiam undecunque venientes et recedentes, interim erunt in nostra defensione in omnibus et tutelà. Et licet munitiones nostre vel earum aliqva forsan interim obsideatur et machinis aut structuris qve drivende werk dicuntur, aut aliis operibus bellicis impugnentur, tamen hiis non obstantibus ab obsidione turris et premissis juvaminibus non recedamus ad defendendum et liberandum munitiones nostras, nisi de dictorum Consulum Lubecensium et Juratorum benevolentiâ processerit et consensu. pro qvibus omnibus ipsi consules dabunt nobis per quinque annos proximos medietatem pecunie spectantis ad tutelam ipsius civitatis, scilicet quolibet anno quadringentas marcas denariorum viginti qvinque marcis minus. dabunt etiam Consules nobis pro se modo jam qvingentas marcas denariorum, et in festo Philippi Jacobi qvingentas Marcas denariorum nobis sine juratis exhibebunt, nam et ipsi jurati pro se sine consulibus dabunt nobis ter quingentas marcas denariorum in terminis ante dictis. pro pecunia etiam tutele dictis qvinque annis durantibus ipsius civitates defensores erimus et tutores. preterea ad usus expeditionis acqvirent nobis consules pro se mutuo expensas super ducentas et quinquaginta marcas denariorum, simili modo jurati etiam nobis acqvirent pro se ad expensas èxpedicionis mutuo super ducentas et qvinqvaginta marcas denariorum. Item ad obsidionem turris consules nobis acqvirent ad expensas ducentas et qvinqvaginta marcas denariorum pro se mutuo, jurati similer ducentas et qvinqvaginta marcas denariorum nobis acquirent. est autem tertia pars depactacionis que dicitur dinghenisse nostra, de qua ét quod primo inde pervenerit quilibet dictorum tollet suas quingentas marcas nobis ad expensas ut promisimus mutuantes. Si autem per eos adhuc ad commune adjutorium Princeps aut Dominus aliquis conduceretur, ille quartam partem depactacionis et nos

quartam percipiemns. Nos autem sine eis nullam compositionem sive sonam inire debemus, nec ipsi sine nobis quousque sint finem in hiis dissensionibus consecuti. Insuper si inter nos et comites predictos composicio ordinaretur, ita quod depactacio, qve dicitur Dinghenisse non seqventur, ex tunc consulibus predictis satis facere debemus pro expensis nobis acquisitis. Ad observantiam omnium premissorum nos duces prefati una cum vasallis nostris fidem prestitimus manualem, quorum nomina inferius sunt notata: Otto Wackerbart, Hermannus de Wygersrode, Ludolfus Scacko, Volchmarus de Gronowe, Ywanus de Reventlo, Luderus de plöne, Johannes et Walrauenus de Crumesse fratres, Conradus et Hinricus fratres Wackerbart, Godscalcus Rybo, Albertus de Wygersrode, Marquardus de Godendorpe, Otto de Buchwolde, Hinricus Scacho, Hinricus Scarpenbergh, Hinricus de Duvense, Dethlevus de Duvense, Otto et Nicolaus et Bertoldus fratres de Ritzerowe, Hinricus de Parkentyn. Si quod absit, aliquem istorum medio tempore decedere contigerit, infra quindenam post quam moniti fuerimus, loco sui statuemus alium eqve dignum.

Ad majorem evidenciam et certitudinem premissorum Scriptum hoc nostrorum sigillorum robore fecimus consignari. Datum in Lubecke Anno incarnationis millesimo CCCVI. in die Katharine virginis per manum Ulrici Notarii curie nostre.

XIV.

Das Kloster zu Segeberg vertauscht verschiedene Besitzungen mit dem Kloster zu Neumünster. 1306.

(Orig. membr. in Arch. Reg.)

Uniuersis presencia visuris Johannes Dei gratia prepositus, Johannes prior totusque conuentus ecclesie Segebergensis in uero salutari salutem. Rationis interesse dinoscitur, ut ea, que robur inpermutabile sortiri debent, scriptis et testibus perhennentur. Hinc est, quod tam posteris quam presentibus cupimus esse notum, quod cum honorabiles domini prepositus et conuentus in Novomonasterio quedam bona et possessiones habent in villa Westerbotele nobis vicinas, de quibus annuatim modicum fructum propter loci disconuenientiam perceperunt. Nos quoque haberemus quedam bona et possessiones in villis Roleuestorp et Willenrodhe dictis dominis confines, de quibus propter locorum distantiam nobis prouenit fructus modicus annuatim, talem inter dictos dominos et nos habito super hoc maturo consilio, in huiusmodi bonis fecimus permutationem, videlicet quod predicti domini dimidietatem

ville Westerbotele, cum agris suis cultis et incultis, pascuis, pratis, paludibus, siluis, nemoribus, deserto, aquis et aquarum decursibus, cum omni vtilitate, sicut in suis terminis continetur, cum omni iure et proprietate, sicut ipsi illam quiete hactenus possederunt, nobis et Ecclesie nostre quiete possidendam perpetuis temporibus fauorabiliter dimiserunt. Nos autem vice uersa dimidietatem ville Roleuesdorp cum agris suis cultis et incultis, pascuis, pratis, paludibus, siluis, nemoribus, aquis et aquarum decursibus, cum molendino et areis, cum omni vtilitate, sicut in suis terminis continetur, et cum omni iure et proprietate, prout illam hactenus quiete possedimus, nec non et quatuor mansos in villa Willenrodhe, cum omni iure et proprietate, et cum iudicio maiore et minore, prout illos huc usque quiete possedimus, sepedictis dominis et eorum Ecclesie liberaliter dimisimus quiete et pacifice perpetuo possidendos. In cuius rei euidentiam sigilla nostra presentibus sunt appensa. Testes sunt venerabilis dominus Bor. Espiscopus Lubicensis, Nobiles domini Adolphus et Johannes Comites Holtsatie et Stormarie, dominus Hinricus prepositus Porezensis, Magister Hellenbertus scolasticus, Seghebandus Thesaurarius, Aluinus de Domo, Jo. Crek, Canon. ecclesie Lubicensis, Milites, Her. de Hamme, Jo. de Rennowe, Her. de Lasbeke, Otto de Golenbeke, Bertoldus Longus, Famuli, Hartwicus antiquus aduocatus, Nicolaus de Smalenstede, et alii quam plures clerici et laici fide digni. Actum et datum anno domini Millesimo Trecentesimo sexto, XIII. Kal. Maii.

(Adest utrumque sigillum ex cera alba, primum scil. Prepositi filis sericeis rubri coloris, alterum scil. Conventus filis sericeis flavi coloris adpendens.)

In tergo:

Litera dominorum Seghebergensium super villa Westerbotle.

XV.

Heinrich, Fürst von Mecklenburg, verspricht den Herzögen von Sachsen und von Schleswig, so wie den aus Holstein vertriebenen Adligen und den Rathmännern von Lübeck freies Geleit, um nach Fehmern, wo der König von Dänemark einen Vergleich errichten will, zu kommen. 1307.

(Nach dem Original auf der Registratur in Lübeck.)

Omnibus ad quos presens scriptum pervenerit Hinricus dei gracia Dominus Magnopol. et Stargard. Salutem in domino. Protestamur presentibus quod illustribus

principibus, Saxonie et Jutie Ducibus, militibus et famulis ex terra holtzacie ammotis et lubeke constitutis, Consulibus quoque lubicensibus, pre nobis et nostro patruo Domino Nycolao de werle, pre subditis nostris, pre nostris cooperantibus omnibus et generaliter pre omnibus qui nostris tenentur parere mandatis, securum prestitisse conductum in Imbriam veniendi ad placita que ibidem ad ordinacionem gloriosi Domini Regis Dacie fuerint contrectanda, et ab ipsis placitis libere ad propria revertendi, et omnes eciam cum ipsis Ducibus, cum militibus et famulis ex terra holtzacie ammotis et cum consulibus Lubicensibus in eorum constituti Comitiva, illac veniendo et revertendo, pre nobis et pre nostro patruo Domino Nycolao de werle et pre omnibus predictis, securitate et conductu simili perfruentur. Inicium autem huius conductus est in ortu solis vigilie penthecost. Datum anno Dni M. CCC. septimo, quarta die ante penthecost. [1])

XVI.

Die lübeckischen Gesandten nach Fehmern, die dort unter Vermittelung des Königs Erich von Dänemark den Frieden zwischen Lübeck und den Grafen von Holstein verhandeln sollen, berichten deshalb nach Lübeck. 1307.

(Nach dem Original auf der Registratur zu Lübeck.)

Dominis suis consulibus Nuncii eorum in Imbria servicium. Secunda feria festi pentecostes circa meridiem venimus in Imbriam, nec tunc rex venerat. Sequenti die eciam non venit. tunc in vespere venerunt ad nos dominus kanutus et dominus thimmo rogantes, quod tedium non haberemus, recesserint enim sic a rege, quod finaliter sit venturus. nec adhuc feria quarta venerat orto sole. quid in hiis dependeat, nos nescimus. Nos vero respondimus dictis militibus, quod regem libenter expectare velimus, nam ipse creditur esse venturus. In Imbria sunt eciam illi rumores, quod dux Jutie cum comitibus holtsacie concordasset et quod mandaverit suis, quod stipendiarios recedere faciant et quod homines comitum holtsacie ten-

1) „Herzog Waldemar von Schleswig war vom Könige von Dänemark den Lübeckern zum Beistand gegeben und also in Lübeck. Der Herzog von Sachsen war der Bundesgenosse der Lübecker. Die Fürsten von Mecklenburg, namentlich Fürst Nikolaus von Werle, war schon immer den Dänen befreundet und dem Könige von Dänemark nahe verwandt."

dant versus civitatem vestram. Utile videtur nobis, quod tempestive nuncios vestros in marchiam ad illa placita transmittatis super eventum, utrum hic (hoc?) aliquid aut nichil expediatur. Comes gerardus et dominus de mekelenborch, ut percepimus, non longe jacent de vemersund, regem eciam expectantes. Utile est eciam, quod unus illorum nunciorum, qui mittuntur in marchiam, transeat ulterius ad dominum regem et quod ille nuncius expectet in marchia reditum nostrum, ut ei demandetur ibi, quomodo nobis hic successerit coram rege. quare bonum nobis videtur si pacem hic consequi non potuerimus, quod dominum nostrum rogemus, quod ipse citet ad suam presenciam dominos hostes nostros, nos contra justiciam impugnantes et jura imperii subvertentes. Datum quarta feria hora prima. [1])

In dorso:

Dominis Consulibus Lubicensibus.

XVII.

König Erich bescheinigt den zwischen den Grafen von Holstein und der Stadt Lübeck geschlossenen Vergleich. 1307.

(Arch. Lubec.)

Omnibus ad quos presens scriptum peruenerit. E. dei gracia danorum slauorumque rex, hestonie dux, salutem in domino sempiternam. Tenore presencium recognoscimus publice protestantes, nos vidisse ac audiuisse, priuilegium confectum super composicione facta inter nobiles dominos comites holtsacie ex una, et consules ac vniuersitatem ciuitatis lubicensis parte ex altera non abolitum non rasum nec viciatum aliquatenus in hec verba.

In dei nomine amen, Gherhardus et Adolfus frater, et Woldemarus filius eius, filii quoque hinrici dei gracia holtsacie et scowenborch comites, Adolfus quoque et Johannes eadem gracia holtsacie et stormarie comites, vniuersis christifidelibus ad quos presens scriptum peruenerit salutem in domino, Presencium testimonio recognoscimus et constare volumus vniuersis, omnem dissensionem inter nos et cooperatores nostros, et consules ac burgenses et cooperatores ciuitatis Lubicen-

1) „Der Dominus rex noster, dessen Intercession im Fall der Noth die Gesandten hier nachgesucht wünschen, kann niemand anders seyn, als der damalige deutsche König Albrecht (stirbt am 1. Mai 1308), worauf auch die Anklage der Grafen von Holstein in den letzten Worten der Urkunde: jura imperii subvertentes, noch deutlicher hinweiset."

sis sic terminatam esse totaliter et finitam, Turris enim in trauenemunde sita in possessione domini gherhardi comitis holtsacie, suo et coheredum suorum nomine permanebit, e proximo festo natiuitatis beati iohannis baptiste per quatuor annos inmediate sequentes. quo turris nec intra nec extra quatuor muros eius aliquibus structuris ligneis, aut lapideis reficietur aut emendabitur, sed in eo statu disposicionis possidebitur sicut illa permanet in presenti, sed tamen extra murum ipsius turris, in duabus trabibus extra protensis vna tantummodo cloaca, cum vna sede ad partem edificabitur aquilonis, hec eciam turris, lignis sursum erectis non tegitur, muri superius non cooperientur, sed intra turrim, per modum duorum absidum ad muros reclinatorum, tectum eam in habitantibus edificabitur, quod aque pluuiales per canale positum in medio deducantur. Edificia quelibet circa turrim eandem constructa tollentur, fossata quelibet implebuntur, in quo statu turris eadem dictis quatuor annis durantibus permanebit, sed introitus et exitus huius turris erit per ostium non habens aliquem pontem, qui velbrucge nuncupatur, sic quidem erit, nisi prius coram imperatore vel romanorum rege causa fuerit terminata, et tunc turris in eo statu manebit, sicut intra reperietur, et quoniam inter nos ex parte vna, et consules et burgenses ex altera est deceptacio cui parti turris eadem de iure debeat attinere, sic est diffinitum, quod super hac causa dictus dominus gherhardus comes, suo et nostro nomine coram gloriosissimo domino alberto Romanorum rege cum aliquibus consulibus lubicensibus plenum mandatum habentibus comparebit, et cui parti tunc ibi turris eadem fuerit adiudicata, illa pars eam libere possidebit, et tunc eam intra sicut ei placet construet sub tecto et tunc foras rupturas, fracturas et cissuras, ipsius emendabit, et eam sine confortacione aliqua, facta forinsecus possidebit. Preterea antequam sic ipse dominus gherhardus comes coram imperatore vel rege compareat, dicti cosules ordinabunt quod ipse comes sic ad comparendum coram rege ab ipso rege citetur sicut per regem citari tales comites consueuerunt, qui rex si quod absit, interim de medio fuerit euocatus, expectabitur eius successor vt coram illo confirmato et in potestatis plenitudine constituto, ad eius citacionem dictum negocium infra quatuor annos, modo simili terminetur, euolutis autem quatuor annis, si casu quocunque contingente, sic causa coram rege romanorum non fuerit terminata, in tali casu, post dictos quatuor annos, comes gherhardus, suo et nostro nomine ipsam turrim sub dicto tecto declivo vnum canale tenente construet, prout suo commodo nouerit expedire, et nichilominus consules tunc causam citacione facta coram dicto rege prosequentur, et si tunc ciuitati turris eadem adiudicata fuerit, sumptus edificiorum eius non soluent sed prout comperta fuerit, debet expedite et voluntarie consulibus presentari, si

preterea dictus comes gherhardus, quod absit, infra prefatos annos et tempora decesserit, per eius obitum ipsi consules, cum tunc non stet per eos, in dictis annis esse neglecti non debent, si preterea cosules incusantur, quod in citacione et cause prosecutione fuerint negligentes, de eis cum requisiti fuerint, se eximent duorum consulum iuramento. De turri vero sepedicta est generaliter obseruandum, quod ipsa semper sola stabit et permanebit, nec circa eam sicut perpetuo, fossata, murus, sepes, plance, seu aliquod genus fortalicii, nec eciam vnquam de ea nobis aut nostris hominibus ciuibus quoque lubicensibus, aut aliis ibidem portum intrantibus aut exeuntibus, vel moram facientibus, dampnum, grauamen, vel molestia inferentur. Insula priwalk ad communes usus iacebit, sicut habitum est hactenus, donec per iusticiam terminetur, cui ad communes vsus debeat attinere, burgenses eciam lubicenses, semper eo totali loco, qui bolwerk dicitur, ad construendum ibi signum, in eo loco vbi consuetum fuit ab antiquo, pro vtilitate nauium intrancium, et exeuncium libere perfruentur. Omnes eciam structure in priwalk, in odeslo, et in dartzowe racione dissensionis presentis instaurate funditus destruentur, nec de cetero resumentur, quilibet de suis bonis, possessionibus, locis, ac redditibus ammoti ad ea libere reuertentur, et eis expedite, sicut vnquam ea tenuerunt commodius perfruentur. Nos eciam comites, ac nobiles domini hinricus magnopolensis, et nicholaus de werle priuilegia, et quelibet instrumenta patencia, que vel nos, vel ipsi domini, et omnium nostrorum antecessores, ciuitati, et ciuibus lubicensibus, contulisse dinoscimus in eo vigore plenius seruabuntur, sicut in eorum scripturis expressum per singula reperitur. Omnes in hac gwerra vtrobique suspicione vel actu comprehensi in hiis pace et concordia sunt inclusi, quilibet eciam ex omni parte, in quolibet iure suo, sicut ante gwerram fuerant, sic et post gwerram libere in eo de cetero permanebunt, cum premissis articulis et eorundem obseruancia, hinc et inde fideliter habitura, quicquid tempore gwerre ex vtraque parte attemptatum et factum est, per presentes placitaciones tanquam non commissum, sit sedatum perpetuo et finitum. Super premissis omnibus firmiter obseruandis et stabiliter, promisimus data fide, compromittentibus nobiscum data fide nobilibus dominis, hinrico magnopolensi et nicolao de Werle, cum militibus infra scriptis, scilicet Dominis Dhitlevo de bocwolde, volrado de zwle, hildelevo de broctorpe, Dhitlevo lupo, sifrido de gicowe, Thitleuo both, Emecone hake, volrade sten, hinrico de riclikestorpe, Johanne de rennowe, Hartwico de hummersbutle, hermanno de lasbeke, bertoldo de rennowe, ottone de golenbeke, ottone splith, Emekone de barsbeke, Thitberno de ho, hinrico de raztorpe, reymaro de ruzee, echardo de dhorne, marquardo de lo, frederico moltzan, heinone de stralendorpe, hechardo de quitzowe, Rosendal, woldemaro scoyen, Johanne de molendino, io-

hanne pren, olrico barnecowe, Tessemaro, grubone, conrado vos, Johanne de gutzecowe, bertoldo de osten, helmoldo de plesse, Johanne de plote, Johanne de camin, rano de metzibeke, Ludero de gemzowe, et iohanne storm. In testimonium vero omnium premissorum, sigilla nostra presentibus sunt appensa, et dominorum, hinrici magnopolensis, et nicholai de werle predictorum. Datum et actum anno Domini m. ccc. septimo in godemanneshusis, quinta feria post vrbani, Datum helzingheburch anno domini m. ccc. vij. mathei apostoli, sub sigillo nostro.

(Das halbe Siegel in braunem Wachs ist erhalten. Vorn der König, hinten das Wappen mit den 3 Löwen.)

XVIII.

Herzog Johann von Sachsen belehnt die Grafen von Holstein zur gesammten Hand. 1307.

(Orig. membr. in Arch. Reg.)

Omnibus presens scriptum cernentibus Johannes dei gracia Saxonie Angrie Westfalie dux. Salutem in domino sempiternam. Tenore presencium recognoscimus et in publicam proferimus nocionem, quod nos nobilibus dominis comitibus Holtsacie et Scowenborgh, Gerhardo, Johanni, Adolfo, Woldemaro et filiis Domini comitis Hinrici bone memorie, et eorum veris heredibus, perpetuo de heredibus in heredes, totam terram Holtsacie et Stormarie, et uniuersum Dominium Domini comitis Adolfi in Segheberghe, de quibus erat lis et deceptacio inter nos et dictos dominos comites utrobique, contulimus manu unanimi, que samendhehant in vulgo dicitur, jure seu titulo feodali. Non obstante eo, quod predicte terre et dominium siue diuidantur, aut saltem inter hos dominos comites maneant indiuisa. Nichilominus cuicumque heredi dicti Domini comites aut eorum heredes aliquam partem terrarum et dominii predictorum assignare et dimittere voluerint, eidem conferimus jure feodali, seruata et obtenta manu unanimi [1]), sicut superius est expressum. In quorum euidenciam Sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum juxta Hamborgh et actum anno Domini M. CCC. septimo. In die beati Mathei apostoli.

(Sig. adpend.)

1) Ueber den Inhalt und die Bedeutung dieser Urkunde vgl. Michelsen über die erste holsteinische Landestheilung. S. 39—40.

In dorso:

Jo. dux Saxonie contulit Dominis Holtzatie terram Holtzacie et Dominium Seghebergh jure pheodali.

XIX.

Graf Gerhard anerkennet die von den Grafen Adolf und Johann geschehene Uebertragung verschiedener Dörfer an das Kloster zu Reinbeck. 1307.

(Orig. membr. in Arch. Reg.)

Nos Gherardus Dei gratia Comes Holtzacie et in Scovenborg. Recognoscimus et publice protestamur, quod proprietatem, libertatem et omnem donationem, quas dilecti patrui nostri Adolphus et Johannes Comites Holtzacie et Stormarie fecerunt Ecclesie in Reynebeke, super bonis et uillis eidem uenditis. prout in priuilegijs ipsorum infrascriptis continetur plenius, gratas et ratas habemus nichilominus ipsas et presentes literas cofirmando. In nomine Domini Amen. Adolfus et Johannes Dei gratia Comites Holtzacie et Stormarie, vniuersis presentia visuris, in Domino salutem. Exemplis Veterum edocemur, ut ea qve geruntur, scripturarum testimonio perhennentur. Hinc est quod ad noticiam vniuersorum cupimus peruenire, quod nos vnanimi consensu, et libero arbitrio, vendidimus religiosis dominabus Sanctimonialibus in Reynebeke Deo famulantibus, Judicium trium Villarum, scilicet Hop. Huncinghethorp et Bunenbotle, cum in hijs nil aliud babuimus. Insuper villas. Lobrugghe. Langhenloghe et Stenloghe, pro qua nos recepimus villam Gronenvolt. quam Xristi famule antea possederunt. Preterea villas Grande et Witehof, quas a nostris progenitoribus tenuerant cum omni jure et utilitate in lignis, pratis, pascuis, aquis aquarumque decursibus, vys et invys, cultis et incultis, sicut nos habuimus perpetuo possidendas. Proprietatem etiam istarum villarum ipsis ob salutem anime nostre conferimus et donamus. prohibentes ne ab aduocatis nostris, aut eorum famulis, ipsis grauamina aliqua inferantur. Termini prefate ville Lobrugghe extenduntur in agros ville Huncingenthorp, exhinc et locum qui dicitur Legherstede. Dehinc usque in Locum qui dicitur Depenrighen, ab hoc loco integraliter, usque in Nortroche, Inter Northroche et Asbrock termini directe extenduntur, usque in Valdisdorp. De Valdisdorpe in Suwelisrothe, dehinc usque in Kercenbeke. de Kercenbeke in Bilnam, a Bilna usque ad distinctionem

agrorum ville Hop. loco incluso qui dicitur yvenboghe. Termini villarum Grande et Witeshof erunt de Herghersberghe in locum qui dicitur Loghe. De hoc loco usque in Locum, qui dicitur Vosbole, dehinc usque in Hermisse. De Hermisse usque in Corbeke, per amnem illum et locum, qui dicitur Wedherbergh, in agrum qui dicitur Veghedhestucke. Inter locum istum et Heydheberch, distinctio illa pertinget usque ad locum antiqui molendini, exinde per descensum nulenrigen ad terminos Trurotowe. Terminos istos distinxit taliter Ghebertus quondam aduocatus. Item termini Stenloghe et Langhenloghe. Honrodhe et Ytesso, erunt de loco Knelle in riuum O exhinc in scarpeshorn, deinde in fontem Ytesso. de hoc fonte usque ad pratum. de prato usque Gebengorue. de Gebengorue per ascensum fluxus ad Glinde, et descensum dicti fluxus usque in agros Brake, inter agros Brake et agros Holenhorst erit distinctio in agros Papenthorp, de Papendhorpe usque Reghelboken, ab inde in locum, qui dicitur Burore per totam illam planiciem usque in locum qui dicitur Grast, et vltra in Dammersbeke. Insuper pateat omnibus, quod frater noster prepositus jam dicte Ecclesie Reynebeke, dimisit villam Lobrugghe de nostro beneplacito et consensu, et villas grande et Witeshof a nostris progenitoribus antea possiderunt perfruendas. Volumus nichilominus et mandamus, vt nostri aduocati et eorum famuli in predictis bonis Ecclesie Reynebeke libere et proprietarie dimissis violentiam non exerceant, nec importunitates aliquas inferant seu grauamina. Has terminorum distinctiones predicta Ecclesia obtinebit, sicut Gherbertus miles ante, et frater noster possederant inperplexas. Nos uero dictorum terminorum defensores erimus, si quisquam impetere ipsos presumeret successiue. Hujus sunt testes Adolphus Comes Holtzacie ac in Scowenborg. Hinricus prepositus in porets. Volradus Luscus. Johannes porcus milites et Marquardus dictus Katterscrogh. Ne autem hanc proprietationis donationem quisquam audeat violare, ad cautelam et vtilitatem predicte Ecclesie presentem paginam sigillorum nostrorum munimine roboramus. Datum Segheberghe. anno Dni. M. CCC. III. in die Andree apostoli. Nos autem Gherardus Comes Holtzacie et in Scowenborg ad euidentiam omnium premissorum, nostrum sigillum presentibus duximus apponendum. Datum Kil anno M. CCC. VII. in die Margarete virginis.

XX.

Graf Gerhard verkauft das Dorf Dalunghenrode an das Kloster zu Cismar. 1307.

(Orig. membr. in Arch. Reg.)

Omnibus et singulis presens scriptum cernentibus, Gherardus dei gratia Comes Holtsacie et Schowenborch salutem in domino sempiternam. Tenore presencium recognoscimus, notum facientes tam presentibhs quam futuris, quod nos de consensu heredum nostrorum domino abbati totique conuentui in Cysmer ordinis sancti Benedicti Lubicensis dyocesis, qui nobis tempore necessitatis constitutis in maximis debitis iuuamen fecerunt, obligantes propria bona, vendidimus pro quingentis marcis denariorum Hamburgensium nobis persolutis integraliter quandam villam dictam Dalunghenrode cum suis redditibus et hura triginta sex marcarum Hamburgensium, quos in crastino beati Martini expedite percipient et quiete. Aut plenam autoritatem et posse habentes ipsos inpignorando nichilominus et extorqnendo. Et si ipsi minus sufficerent ad extorquendum tales redditus et huram, ipsos nomine abbatis et conuentus predictorum impignorando extorquebimus in nostris expensis et laboribus eisdem liberaliter assignando. Predicti etiam abbas et conuentus nobis adiecerunt hanc condicionem, quod nos aut nostri heredes dictam villam reemere possumus, quando nobis competere videbitur pro pecunia prius dicta, et in assumptione beatc Marie virginis exsoluendo, quam si non soluerimus eo tempore, extunc tales redditus nullatenus reemerimus. In cuius rei testimonium Sigillum nostrum presentibus est appensum. Testes sunt domini, Comes Adolfus frater noster, Johannes prepositus in Segeberghe. Wolradus Schele senior, Bertramus Kule, Hermannus Roboyse, milites, Johannes Norius, et Draco aduocatus. Datum Zegeberghe Anno Domini M. CCC. VII. in vigilia beati Laurencii martiris.

(Sigillum laesum filis sericeis viridis coloris adpendet.)

In tergo:

Priuilegium Comitis Gherardi super villa Dalunginrode.

XXI.

Graf Adolf von Holstein schenkt au den Ritter Johann von Wedel Ländereien in Billwerder. 1307.

(Orig. membr. in Arch. Reg.)

Uniuersis audituris presencia uel uisuris, Adolphus Dei gracia Comes Holtsatie et Stormarie, salutem in domino sempiternam. Recognoscimus et tenore presentium publice protestamur, quod nos de nostro libero arbitrio donauimus Domino Johanni de Vedhele, nostro fideli militi, viginti quatuor jugera sita in Billenwerdhere, que Willekinus Rusche a nobis tenuit in pignore, jure hereditario ac proprio cum utilitate, judicio maiore et minore, sicut nos habuimus quiete, pacifice, perpetuis temporibus possidenda. Dantes sibi et suis heredibus dicta bona, cuicunque voluerint, obligandi uel vendendi liberam facultatem. In cuius rei euidentiam nostrum sigillum presentibus est appensum. Testes vero huius nostre donationis sunt, noster gener Comes Borchardus de Lynddowe, ac nostri fideles milites, Johannes de Rennowe, Otto de Solenbeke, Hartwicus de Hvmmersbutel, Bertoldus Longus, et alii plurimi fide digni. Datum et actum in Segheberg, Anno Domini M. CCC. VII. In crastino beatorum apostolorum Symonis et Jude. [1])

(Sigillum fere integrum.)

In tergo: Billenwerder.

XXII.

Erbvertrag und Landestheilung unter den Grafen von Holstein-Stormarn. 1307.

(Orig. membr. in Arch. Reg.)

Omnibus presens scriptum cernentibus Johannes, Cristoforus, et Adolfus, dei gracia Comites Holtsacie et Stormarie, salutem in domino. Nouerint vniuersi, quod anno domini M. CCC. VII. in profesto beate Katerine virginis, Poretz, inter pa-

*) Eine ähnliche Urkunde aus demselben Jahre findet sich im Geh. Archive, wonach Graf Adolf an Marquard, genannt Kuttenscroch, 30 Morgen in Billwerder verschenkte, „triginta jugera in Billenwerdhere juxta flumen Billen sita."

truos nostros dominos Gerhardum et Adolfum Comites et eorum heredes et nos, in modum, qui sequitur, exstitit placitatum. Videlicet quod nos post obitum domini Comitis Adolfi fratris nostri et patrui in Seghebergh obtinebimus octo parrochias infra scriptas, scilicet Segheberch cum castro et oppido, Bornhovede, Slamerstorp, Gnessow, Corow, Pronstorp, Werdhere, Letcingge, sicut ipsos frater et patruus noster Comes Adolfus tenet, et dimidietatem ducatus inter Odeslo et Hamborch, tres partes in merica Seghebergh, et totam siluam Vrwolt, eo modo quo a nobis hactenus est possessa. Nos eciam optinebimus singula bona juxta Grobenitz sita, que frater et patruus noster aliquando possidebat et tenuit, ea condicione, sicut inter patruos nostros superius dictos et nos vtrobique quatuor milites estimando et taxando statuerint persoluenda. Nichilominus domini Gerhardus et Adolfus, patrui nostri et eorum heredes obtinebunt omnem partem domini Comitis Adolfi de Seghebergh in Danica silua sitam, et singula bona eiusdem, dominium et, homagium, vbicunque eciam sita sint, preterquam bona superius memorata. Nos eciam reseruabimus dimidietatem ciuitatis in Hamborch, et dominium ibidem, excepta curia fratris et patrui nostri Comitis Adolfi, quam patruis nostris superius dictis relinquimus possidendam. In quorum euidenciam et firmam obseruanciam sigilla nostra presentibus sunt appensa. Datum anno domini, tempore loco superius enarratis.

(Duo fuere sigilla, quorum ultimum deest, primum vero, sc. Johannis, fere integrum adest.)

In tergo:

Quedam placita dominorum Holtzacie de diuisione terrarum.

XXIII.

Herzog Waldemar von Schleswig ertheilt den Bürgern von Stralsund verschiedene Freiheiten in seinem Lande. 1307.

(Apogr. vet. in Arch. Canc. Slesvico-Hols.)

Waldemarus Dei gracia Dux Jucie omnibus presens scriptum cernentibus salutem in Domino sempiternam. Noverint universi has literas inspecturi, Nos honestis viris Consulibus ceterisque concivibus in Stralessund, hanc libertatem dedisse, ut qvando jam dicti concives ad provincias nostras venerint, et si excessum ibi fecerint, illum excessum, prout nostri concives consvete faciunt, non acrius emendabunt. Ceterum si supradictos cives in nostro Dominio mori contingat, jure

nostro non empto, qvod vulgariter arfkop dicitur, eisdem ex gracia speciali bonis eorum uti libere concedimus per presentes. Adjicimus etiam eosdem cives habere plenam potestatem alligandi suas naves nostris pontibus, ubicunque sine licentia qvorumlibet nostrorum officialium, et advocatorum, cum se applicuerint nostris portubus cum suis navibus atque bonis. Inhibentes districte, ne qvis advocatorum nostrorum seu officialium eorundem ipsos in promissis impediat, qvoqvo modo, et qvia majori nostro caruimus sigillo, in dictorum testimonium nostrum secretum, una cum Sigillo dilecti filii nostri Erici presentibus apponi jussimus ad cautelam et evidentiam pleniorem. Datum Sundis, Anno Domini M. CCC. VII. Katherine Virginis.

XXIV.

Herzog Erich von Sachsen bezeugt den durch seinen Castellan Reynward geschehenen Verkauf von Zehnten in der neuen Gamme an das Kloster zu Reinbeck. 1309.

(Orig. membr. in Arch. Reg.)

Ericus dei gratia dux Saxonie, Angarie et Westfalie, Omnibus presencia visuris salutem in omnium saluatore. Notum facimus tam presentibus quam futuris, quod dominus Reynwardus dictus Scorlemorlle, noster Castellanus, vendidit religiosis dominabus in Reynebeke decimam super duos mansos in noua Gamma sitam, pro centum et triginta marcis, cum omni iure perpetuo possidendam, talem tamen gratiam iam dicte moniales eidem domino Reynwardo concesserunt, ut post quinque annorum spacium, infra quinque sequentes annos ipse vel sui heredes reemere poterunt pro pecunia prelibata, quandocunque eis visum fuerit expedire. Insuper qualemcumque fructum infra terminum prefixum sepe dicte Moniales in prefatis bonis consequi valeant, prelibatus dominus Reynwardus pro salute anime sue nec non parentum suorum annuens beniuole conferendo. Si autem infra terminum predictum non reemerit, Claustrum Reynebeke iure perpetuo obtinebit. In cuius rei testimonium presenti scripto sigillum nostrum est appensum. Datum anno Domini M. CCC. IX.

(Sigilli fragmentum adpendet.)

In tergo:

Decima super duos mansos in noua Gamma.

XXV.

Die Grafen von Holstein-Stormarn verschreiben einem Bürger zu Lübeck die Hälfte des Zolles zu Hamburg. 1309.

(Orig. membr. in Arch. Reg.)

Omnibus presens scriptum cernentibus, Gherardus, Adolfus, et heredes Domini Comitis Hinrici, salutem. Nouerint vniuersi, quod nos, cum consensu Domini Gerhardi Lubicensis ecclesie prepositi, et aliorum heredum nostrorum, dimisimus Hinrico Coustin ciui Lubicensi, et suis veris heredibus, dimidium thelonium in Hamburgh, quod nos contingit, donec ipse et sui heredes de denariis, qui residui fuerint, infeodatis ad presens, in thelonio, octingentas marcas denariorum Hamburgensium expedite receperint, annis successiuis. Nos etiam ipsum Hinricum et heredes suos in dicto thelonio non inbrigabimus modis aliquibus, nec cuiquam aliquid vendemus aut obligabimus in eo, nisi predicte octingente marce, vt premittitur, sint solute, et hiis solutis, deinde thelonium ad nos et nostros integre reuertetur. Sed et nuncio dicti Hinrici, quem ad thelonium deputauerit, de ipso thelonio nostro nomine prouidebitur in expensis. In cuius rei testimonium sigilla nostra et Domini Gerhardi Lubicensis ecclesie prepositi presentibus sunt appensa. Datum anno Domini M. CCC. IX. sexta feria post festum beate Lucie. Hamburgh.

(Sigilli primi adpendet fragmentum, secundum deest, tertium adest integrum.)

In tergo:

Redempta est presens littera Anno Domini M. CCCC. XXXIII. Sabbato ante Lucie.

XXVI.

Die Grafen Gerhard und Adolf von Holstein-Stormarn verkaufen an das Kloster zu Reinbeck die Dörfer Alt-Stapelfelde und Brake. 1310.

(Orig. membr. in Arch. Reg.)

Gherardus et Adolfus Dei gratia Comites Holtsacie, Stormarie, et de Scowenborg, ac Gherardus eadem gratia prepositus Lubicensis, omnibus hoc scriptum visuris salutem in Domino. Quia ab humana frequentius labuntur memoria, que scriptis

auctenticis non firmantur. Idcirco fideliter est prouisum, vt ea que nostris aguntur temporibus, Scripturarum testimonio roborentur. Notum igitur cupimus esse tam presentibus quam futuris, Quod nos de consensu omnium heredum nostrorum, et de maturo consilio vendidimus preposito, Abbatisse, et conventui claustri Sancte marie magdalene in Reynebeke, villas, antiquam videlicet Stapeluelde et Brake cum omni jure, proprietate, libertate, fructu et utilitate, iudicio majore et minore, cum terminis cultis et incultis, siluis, rubetis, pratis, paschuis, paludibus, aquis, aquarumque decursibus, ac ceteris omnibus similibus sicut nos possedimus, et nostri progenitores hactenus possederunt, pro mille et Sexcentis marcis den., Monete Hammeburgensis, perpetuo possidendas. Termini hoc modo sunt distincti, de yteslogherbeke usque Depenhop, de Depenhop usque Abbenbeke, de Abbenbeke usque in Stenhop, de Stenhop usque Berkrothe, de Berkrothe usque Wluismoz, de Wluismoz usque Papenburcgen, dehinc usque Bertmessen, de Bertmesse usque Voghethestrothe, de Voghethestrothe usque ad terminos ville Langheloghe. Hujus venditionis testes sunt Volradus Luscus, Hermannus de Hamme, Sifridus de Ghicowe, Bertrammus Kule, Johannes frater suus, Hinricus et Johannes de Wedele, Hermannus de Raboysen, milites, Johannes et Johannes Notarii nostri et alij quam plures fide digni. Ut autem hec rata et firma permaneant presentem paginam sigillorum nostrorum munimine fecimus roborari. Datum anno Domini M. CCC. In die beate Elizabete.

XXVII.

Herzog Erich's von Sachsen zu Lauenburg Erklärung hinsichtlich des mit Lübeck geschlossenen Schutz-Vertrags. 1310.

(Orig. Lubec. [1])

Ericus, Dei gracia Saxonie, Angarie et Westfalie Dux, omnibus presentia visuris salutem in Domino sempiternam. Exorta fuit quedam dissensio sive gverra sub anno dominice incarnationis MCCC sexto inter nobiles viros dominos Comites Holtsacie et eorum cooperatores ex una, et Consules et commune civitatis Lubicensis eorumque complices parte ex altera, in qua dilectus frater noster Dominus Albertus, quondam Dux felicis recordationis, domina Margaretha, Ducissa, reverenda, ejus uxor et nos cojunctim, ipsis Burgensibus et eorum cooperatoribus nos astrixi-

1) Hier mitgetheilt aus Krohn's Collectaneen.

mus, eorum protectioni et juvamini fideliter adhibendos, eo tempore qvandam summam pecunie per dominos Burgenses Lubicenses deputatam nostris specialibus usibus, recognoscimus recepisse integraliter ab eisdem, et sicut in scriptis ipsis temporibus super hiis confectis continetur perfectius, ipsos in nostram protexionem et tutelam recepimus durandam per quinque annos, immediate seqventes, a festo beate Katharine virginis sub anno Domini MCCC. sexto computandos, cujus tutele seu tuitionis occasione ipsi nobis polliciti fuerunt medietatem pecunie spectantis ad tutelam Civitatis videlicet qvuadringentas marcas denariorum Lubicensium, viginti qvinqe annis durantibus erogandis. Cum igitur sepedicti Burgenses Lubicenses post obitum prefati fratris nostri, nobis in eadem pensione promiserint et velint satisfacere per residuos annos, qvamdiu nostra prefata protectio perseverat, hinc est qvod presencium testimonio recognoscimus, et constare volumus universis, nos accedente consilio et consensu fidelium nostrorum, durante prorsus dicto tempore, eos recepisse specialiter in nostram defensionem pariter et tutelam, volentes eos, tanquam nostros fideles, in nostro principatu et quibuscunque locis aliis ubi potuimus defendere in personis et rebus suis, in eorum juribus et libertatibus fideliter conservare, preterea eisdem juvare tenemur, ut munitiones et fortalitia tempore pretacte gverre constructa, scilicet in Oldeslo, Dartzowe et Travenemunde solo adequentur et totaliter destruantur. Hujus rei testes sunt fideles nostri: Dethlevus de Perkentin, Johannes et Walravenus fratres de Crumesse. In omnium premissorum evidentiam pleniorem, presens scriptum sigillo nostro duximus muniendum. Datum Anno Domini MCCC. decimo, in ascensione Domini.

XXVIII.

Bündniß des Grafen Adolf und des Junkers Gerhard wider den Grafen Gerhard von Holstein. 1312.

(Orig. membr. in Arch. Reg.)

We van godes ghenadhen Alf eyn greve to Holtsacen vnde to Scowenborch, bekennet an dhessem breve vnde betvghet, dat we vns bebvnden vnde belovet hebbet mit iuncherren Ghereken van Holtsacen, vnser brodher sone, greven Hinrikes, dhat we to samene bliven scholen an allen saken to teyn iaren, vnde dhat vnser iewelich dhem anderen helpen schal binnen landes mit viftich orsen, to vnser beydher vromen vnde schadhen, vnde sunderlichen vmme dhe schelingge, dhe

we hebbet mit vnsem brodher greven Gerharde van Holtsaten, vmme dhat lant to Stormeren, vnde vmme ander gvt, swar it gheleghen is, dhar we recht to hebbet. Vnde wanne we dhit lant to Stormeren vnde ander gvt dhar we recht to hebbet, vntworren hebbet, so schole we vnser twygger del to samene leggen, vnde scholen dhat like delen na vnser beydher manne rade. Wer aver, dhat we dhit mit vnsen mannen vntwerren nicht ne mochten, dhat we soldere bedrochten, dhe ne schal vnser neyn ane dhen anderen winnen, men we scholen dhar vmme to samene komen, vnde winnen se nach vnser beydher rade, to vnser beydher vromen vnde schadhen. Vorth mer so ne schal vnser neyn sich sonen binnen dhesser vorschrevenen thit, he ne doth mit dhes anderen rade. Qvem it och binnen dhesser thit also, dhat we beydhe buten landes dheneden, also dhat vnser eneme wedher dhem anderen boerede to liggende, dhat ne schal neyn schadhe wesen vnser bebindingge binnen landes. In dhesser bebindingge hevet vnse vorsprokene brodher sone Gerhart bedeghedingget vnse vedderen van dhem Kyle Cristofore vnde Alue, dhat se dhar binnen wesen moghen, of se willen. Willet se aver nicht, so ne hevet se sich nicht binnen dher thit dhe ere vorbindingge vnde sin steyt, vppe se mit vns nicht vorbvnden. Vppe dhat dhesse vorbindingge stede vnde vast blive, so hebbe we vnsem brodher sone Gerharde desse breve ghegheven, vnde hebbet eme antrvwen dhar to ghelovet mit teynen vnser riddere vnde Knechte, dher namen hir an sint gheschreven, vnde dhe ir ingheseghele mit vns to dhessem breve to einer betvghingge hebbet ghehanggen. Dhit sint dher lovere namen, Her Bertram Kvle, Her Reymar van Wedele, Her Johan dhe rike, Johan Stake, Hasse van Wedele, Marquart Stake. Dhesse bref is ghegheven na godes bort Dhvsent iar dhrehvndert iar in dhem twelesten iare, des manendaghes na nygeniares daghe in dher stat to Rendesborch.

(Sigillum fere integrum.)

In tergo:

Litera confederacionis inter Comitem Adolfum et domicellum Gherardum Holtzacie.

XXIX.

Otto Holste, Vogt des Herzogs von Sachsen zu Lauenburg, verkauft dem Kloster zu Reinbeck Zehnten in der neuen Gamme. 1313.

(Arch. Reg.)

Nos Margreta relicta qvondam Al. Ducis Saxon. literis presentibus protestamur, qvod advocatus noster Otto dictus Holsthe, vendidit claustro et conventui in Rey-

nebeke decimam de duobus mansis in nova Gamma, pro centum marcis denariorum Hamburgensium et jam dictus dominus Ot. reemptionem ad viginti annos in gratiam dicti conventus optinebit, et istis annis transactis, si non dicta decima reemitur, claustrum predictum ipsam libere perpetuo possidebit, et nos Margareta ducissa acta ista grata servabimus et rata, qve nostro sigillo fecimus muniri. Datum Raceborch anno domini M. CCC. XIII. in die sanctorum martyrum Fabiani et Sebastiani.

XXX.

Schutzbrief des Daniel von Hagen für die Lübecker und deren Waaren bis zum nächsten Ostern. 1313.

(Nach dem Original in der lüb. Registratur.)

Ego Daniel miles dictus de Hagene universis presencia visuris cupio fore notum, quod burgensibus Civitatis lubicensis et bonis eorumdem universis treugas firmas et securitatem plenam dedi et presentibus do pro cunctis mee parere volentibus voluntati usque ad festum pasce nunc venturum firmiter duraturas. In cuius rei testimonium sigillum meum presentibus est appensum. Datum anno domini M. CCC. XIII. in crastino beate margarete virginis.

(Das Siegel selbst ist bis auf wenige Stückchen rothen Wachses ganz vernichtet, es hing an einem Pergamentstreifen.)

XXXI.

Landestheilung der Grafen Adolf von Schauenburg mit den Grafen Gerhard und Henneke von Holstein-Stormarn. 1314.

(Orig. membr. in Arch. Reg.)

In godes namen amen. Vmme gvd dhat Greue Alf van Scowenborch, Greve Gerhart, vnde Junchere Henneke vndertwischen noch delen scolden, is ghedhegheдinget, alſo hir na ghescreven is. Dhat Greve Alf van Scovenborch aflet van aller dele vnde van aller ansprake, dhe he habde vnde dhe eme boren mochte in dher Nygenstad to dher Crempen, in dhem torne to Travenemunde, vnde in dhem Kerspelde, wat he dar an habde, echter in dhem Kerspelde vnder dhem torne to Svnte Nyclawese to Lubeke, echter wat he habde in dhem tolende vppe dher Travene, echter wat he habde in dhem Kerspelde to dhem Sconenbornen, echter wat he habde

in dem Kerspelde to Odeslo, echter wat hedde in dhem hus vnde in dhem gude to Arnesvelde, echter wat he hadde in dhem Vrwolde vnde in dhem verdhendele dher heydhe to Segheberghe, vnde van dhem vi echter wat he hadde in dhem Bole. Vorthmer to dhessen voreseghden stucken hevet Greve Alf ghelaten sinen Vedderen Greven Gerharde vnde Juncherren Henneken, vnde eren rechten erven van sinem eghenen gude. dhat vore sin allene was, dhre dhorp in dhem Kerspelde to Odeslo, Nuttekow, Blomendhorpe, vnde Vosberghen, vnde in dhem Kerspelde to Berchstede veer dhorp, Woldehorne mit aller schedhe, Smalenbeke mit siner schedhe, Wlueldestorpe also it sin was, Bunningstede ane ene hove dhe io to dhem Woltorpe lach, Woldehorne wor vore dhat vtestent, dht scal Greve Alf ledich vnde vry antwerden sinen voreseghedenvedderen, vnde dhar enboven scal Greve Alf in geven twehunderet marc Hamborger penningge vor dhit vorbenomde gut, so hevet Greve Gerhart vnde Inncherre Henneke ereme vedderen Greuen Aluen van Scowenborch vnde sinen rechten erven wedher ghelaten dhit gut, dhat hir na bescreven is. Wat se rechtes hadden in dhem Kerspelde to Wedele, dhat Kerspel to Rellingge mit dhem More ganzliken also it ere was. Wat oc Greve Gerhart dhe dhar dot is, dheme Got ghenadich si, edher dhesse sine sone in dheme Kerspelde laten edher vtghesett hebbet, dhat scolen se Greuen Alue ereme vedderen ledich vnde vry antwerden. Vorthmer latet se erem vederen Greuen Alue dhat dhorp to Lemsole, Mellingstede, Duventstede, also dhe dhre dhorp, in eren schedhen beleghen sin, vnde also se ere weren, vnde vorth vp dhe Alstere, dat scal dhe schedhe dher herscop wesen, men wat mallic in holte vnde in erve hadde dhes scal he bruken also he vore dede. Vortmer dhat dhorp to Wokendhorp, also it an siner schedhe beleghen is, were dhat se in dher schedhe dhesses dhorpes gicht scheleden, so scolde Greue Alf vnde Greue Gerhart vppe de schedhe komen, vnde scolden dhe vntwerren, also it vruntlich vnde lic were. Vorthmer so hebbet se sich ghescheden vmme dhe ghestliken len aldus, dhat Greue Alf van Scowenborch vnde sine eruen scolen lenen eweliken dhe kerken to Sullevelde vnde dhe kerken to dhem Sconenbornen. Dhar wedher scal Greue Gerhart vnde iuncherre Henneke vnde ere erven eweliken lenen dhe kerken to Odeslo vnde to Travenemunde, vnde beholden dhat recht in dher provenda to Hamborch, dhe Mester Pelegrime nu hevet. Hir mede sint se vruntliken vnde lefliken schedhen vmme alle ansprake dhe mallic vppe dhen anderen hadde, van erves vnde van gudes weghene. Weret oc also, dhat erer genich gvt laten wolde dhat ne scolde he nicht don, hene heddet sinem negesten erst gheboden. Wolde dhe binnen veer wekenen van dher tit, also he io erst ghemanet wert, nicht also vele gheven also en ander man, so mach he na dhen veer wekenenen sin gut laten vnde vorcopen weme he wel. Were oc dhat ir genich ervelos storue, dhes gut scolde erven vppe dhen negensten. Dhesse dhing sint ghedheghedinget in dhessem beschedhe, oft se iuncherren Henneken lef sin. Weren se eme nicht lef, so scolde Greue Gerhart mit sineme dele wulvaren, also hir ghescreven is. Queme he dhar van gemende in geneghe worren edher in genich beswar vmme, dhes scal eme Greue Alf helpen vnde bistan, dhat he dhar af come.

Dheſſer dhingge dhe hir gheſcreuen ſin, tuge ſint, Her Hinric Breyde, Her Bertram Kyle, Her Johan Bot, Her Johan dhe rike, Her Reymar van Wedeke, Her Johan van Gortz, Her Johan van Eyſlingge, Her Johan van dhem Berghe, vnde Marquart Katteſcroch, vnde manichman anders. Dheſſe bref is ghegheven to Hamborch Dhruteyn hvndert iar in dheme verteghedhen iare na godes bort in dheme achtedhen daghe na paſchen, vnde is beingheſeghelet mit ingheſeghelen Greven Alues vnde Greuen Gerhardes, dher twyger voregheſeghteden herren.

(Sigillum utrumque laesum adpendet.)

In tergo:

Dit is de bref wo Greue Gerd vnde Juncher Henneke van Holſten, vnde Greue Alf van Scouwenborg hebbet ghedelet ere goet.

XXXII.

Graf Gerhard von Holſtein-Stormarn verkauft ſeinen Landestheil an ſeinen Bruder Henneke. 1314.

(Orig membr. in Arch. Reg.)

Omnibus, ad quos presentes literε peruenerint, Gerardus Dei gracia Holzacie, Stormarie et Scoghenburgh comes, salutem in domino sempiternam. Notum per presentes facimus viuersis, quod nos dominium nostrum in Holzacia, Stormaria et Skoghenburgh, bonaque nostra omnia, ibi et ubicumque sita, quorumque nomine censentur, que predilecto fratri nostro Haennikyno eadem gracia Holzacie, Stormarie et Skogenburgh domicello, justo vendicionis titulo vendidimus, sibi sponte propria et libera voluntate, non metu nec vi quacumque coacti, alienauimus, sed respectu habito ad sinceram fraternalem dilectionem, quam speramus ob hoc inter nos in perpetuum sincerius obseruari. Renunciantes, quantum ad alienacionem predictam in quacumque sui parte omni disceptioni, circumuencioni, violencie, coactioni, nec non omnibus excepcionibus, statutis, constitucionibus, priuilegiis et graciis, juris communis, consuetudinarii, canonici vel ciuilis, nec non omnibus aliis excepcionibus, que contra premissam vendicionem, seu quamcumque partem sui objici poterit in posterum sive dici. In cujus rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum Kalding Anno Domini Millesimo CCC. quarto decimo, Sabbato proximo post dominicam sancte trinitatis.

(Sigillum laesum adpendet.)

In tergo:

Litera Domini Gerardi Comitis super vendicione Dominii Holzacie Comiti Hennikino fratri suo facta. CCC. XIIII.

XXXIIII.

Herzog Erich von Sachsen überläßt dem Kloster zu Reinbeck verschiedene Besitzungen in Sadelbande zur Entschädigung für erlittenen Schaden durch Ueberschwemmung von der Bergedorfer Mühle. 1315.

(Orig. membr. in Arch. Reg.)

Ericus Dei gratia Dux Saxonie, Angarie et Westfalie, omnibus presens scriptum visuris vel audituris, Salutem iu omnium saluatore. Cum et plantari sacram religionem, et plantatam protegi expediat et foueri, nos Zelo ducti diuino claustrum et personas Sanctimonialum in Reynebeke, a grauamine et dampno, quod ex parte nostri, per inundationem aggeris molendini Bergerdorp, se recepisse conquerendo asserebant, eripere et indempnes conseruare curantes. Dabimus et daturos nos promittimus libertatem et proprietatem quatuordecim mansorum, quando et vbi in terminis nostris Sadelbandie duxerint comparandos, exceptis hijs villis, in quibus ipsis emere non licebit. scilicet Lutowe. Honwarde. Seveneken. Sabenitz. Elmhorst. Dramme, et in palude que dicitur Mersch. Cum autem dictos mansos emerint, ipsis proprietatem dare et nostris literis patentibus debebimus confirmare. Insuper ne aqua dicti aggeris molendini Bergerdorp, per inundationem ultra crescat, neque statum et metas, in quibus nunc est transcendat uel excedat. duo signa siue statuas ligneas, vnam in Bergerdorp, et aliam in Hurrzekendorp in billam figi et boni faciemus, ad quorum signorum vel statuarum mensuram et non ultra aqua debeat eleuari. Ceterum si predictos Prepositum et Conuentum, villam Woltdorp emere, aut comparare contingeret, annuemus et permittemus. vt inundatationem que dicitur Stowinge in bila ibidem faciant pro vtilitate sua, sicut ipsis uidebitur expedire. piscationem vero non habebunt ibi, nisi usque ad siluam nostram, vbi nos cum preposito conueniemus. et signum siue metam ibidem perpetuam fieri faciemus. Si uero tantummodo emerent in Wostdorp, inundationem que dicitur Stowinge, et alibi in dominio nostro mansos quatuordecim, vt premittitur, compararent. quid proinde nobis facturi sint et exhibituri. hoc duobus de vasallis nos-

tris, et duobus de amicis et fautoribus claustri committetur. quorum ordinationi in hoc articulo standum erit. Ad euidentiam premissorum presens scriptum nostro sigillo consignatum dicto claustro jussimus presentari, et nos Johannes Dei gratia Dux Saxonie, Angarie et Westfalie omnia premissa grata et rata habentes, ea appensione sigilli nostri duximus confirmanda. Datum Lovenborgh. Anno Domini Millesimo Trecentesimo xv. in crastino beati Laurentij martiris.

XXXIV.

Landestheilung der Grafen Johann und Gerhard von Holstein-Stormarn. 1316.

(Orig. membr. in Arch. Reg.)

In godis namen Amen. We Johan van godis gnaden Junchere to Holzsthen vnde tho Stormeren, bekennet in dhessem openen breue, dhat we ghededhinghet hebben mit vseme leuen vedderen Gherde dhar selues en here, na Godesborth Dhusent iar drehundereth iar in dheme sosteynden iare, in dheme sonendaghe als men Alleluia leshet das sonauendes dharvore, oppe dheme huse tho dheme Kyle, vmme dhe hetschop tho dheme Kyle, dhe hebbe we en twey gheleghet vnde delet so we likes kunden na dheme rade vser bedderuen man, also hir bescreuen sthent. Tho ersten legghe we tho dheme huse tho Segheberghe dhe Stath mit ever schede vnde velth marke, also se beleghen sint, dhe heyde, also se Greue Johan hadde, dhen Brwolth och also en Greue Johan hadde, vnde Gref Alf sin sone, dhe sthut oppe dher heyde, vnde dhat syy, dhat leyde twischen Lubeke vnde Hamborgh, dhat Greue Johan vnde sin sone Greue Alf hadden, dhat Kerspel tho Bramzsthede, dhat Kerspel tho dher Koldenkerken, dhat Kerspel tho Segheberghe, dhat Kerspel tho Botnehouede, ane dhesse Seuendhorp, Rodewinkele, Prodole, Wanikendhorpe, Stholpe, Crummendyke, Conradistorpe, vnde Suwelshorsth, dhe dhar buthen bescheden sint. Hir bouen hebbe och gheleght tho dheme vorsegheden huse tho Segheberghe dhat Kerspel tho Slamerstorpe, dhat Kerspel tho dheme Werdere, dhat Kerspel tho Pronstorpe, dat Kerspel tho Gnessowe, dhat Kerspel tho Korowe, dhat Kerspel tho Lecinghe, vnde dhesse Dhorp, Jarchowe, Gomire, Plunckowe, Karzowe, Nyendhorp, Knypaue, Stholpe, Posthyn, vnde dhe molen tho Zlemyne, vnde dhe vesthen tho dher Grobenitze. Mer dhat guth tho dher Grobenitze leghet, dhat we vseme vedderen Greuen Johanne laten hebben sine leue daghe, dhat scal na sime dodhe blyuen bi dher vorseghedhen herschop vnde vesten, so weme dhat dhe to velth, dhe scal deme anderen dhar vore also vele gutes weder laten, also dhat it lic si, vnde vser twier bedderue manne spreken dhat recht si.

Worth mer scollen alle dhe man, dhe in dhesser vor benomeden herschop wonende sint dhenen eme dheme desse vor seghede herschop thu valth, vnde he scal der herschop bruken vnde weldich wesen mit aller nut, vnde mit alleme rechte, also se Greue Johan hir be voren hadde, dhar thu dhesse Kerclene, Bramzsthede, Bornhouede, Slamerstorpe, Corowe, vnde dher Nyensthat. Dhe anderen dele thu dheme hus thume Kyle hebbe we aldus geleghet, dhar thu leghe we dhe Sthat thume Kile vnde dhat gance Kerspel thume Kile, dhat Kerspel thu Nyenmonstere, dhat gance brokelant, dhat dorp thu Dhudhendorpe mit deme gancen wolde dhe dhar thu leghet, dhat Kerspel thum Elrebeke, dhat Kerspel thu dher Schonenkerken, dhat Kerspel thume Kercenhaghen, dhat Kerspel thu dheme Schonenberghe, dhat Kerspel thu Poreze, dhat Kerspel thu Borcowe, dhat Kerspel thu Vlintbeke, dhat Kerspel thu dher Brucgke, dhat Kerspel thu Vleminchuden, vnde dhesse dhorp, dhe Oldenkrempen, Prodenstorpe, Beycikelughe, Crumbeke, Locberghe, Rodewinkele, Prodole, Wankendhorpe, Stolpe, Crummendike, Conradisdorpe, vnde dat Suwelshorsth, vnde dhar thu dhesse Kerclene, dhen Kyl, Schonenkerke, Lensane, vnde dhe Grobenitze. Hir thu so hebbe we och gheleghet dhe vesten thu dher Bramhorsth. So weme dhesse vor seghede herschop thu valth, dhe schal dher bruken vnde weldich wesen mit aller nuth, mit alleme rechte, vnde dher manne dhe dhar inne wonachtich sint, also se Greue Johan hadde, dhe wile he erer weldich was. We hebbet oc ghedhedinghet mit vseme leuen vedderen Greuen Gherarde, dhat vser nen in des anderen herschop ieneghėrleye guth scholle kopen, it ene si vser beyder wille. Ouer dhat guth, dhat beleghen is thu dheme hus thume Kile, dhat we Greuen Johanne laten hebben sine leue daghe, na sinem dodhe scal dat bliuen bi deme Kile, so wemen dhat thu valth, de schal dheme anderen also vele gudes laten wedher na rade vser beyder man also dhat lic si. Wer oc dhat ienich man vser bewerren wolde in dhesser vorsegheden herschop, thu Segheberghe, eder thu dheme Kyle, dheme scholle we beyde weder stan, schaden vnde vromen lic in beyden siden thu dreghende. Bouen alle dhesse dhingh so wat we van desser vorsegheden herschop thu dhessen tiden nicht ghedelet hebbet, dhat schulle we hir na delen vruntliken vnde lesliken na rade vser beyder man. Ouer dhesser dele hebbet ghewesen dhesse riddere vnde Knechte, vse man, Her Hinric van Aluerstorpe, Her Luder van Plone, Her Volrad Sthen, Her Luder van Owe, Herr Witte Sthen, Her Hartwich Blok, Her Dose Blok, Her Frederich van der Krempen, Her Marquard Stokeleth, Her Johan vnde Niclaus vamme Crummendike, Her Eler van Walstorp, Her Wlf, Her Marquard, vnde Godscalch van Westhense, Her Emeke vamme Santberghe, Her Emeke Worseke, Her Ywen vnde Her Hartwich van Reuetlo, Her Niclaus van Wotmone. Hinric Storm, vnde Marquard Karzowe. Hir bouen dhat alle dhesse sagke vnde vnde dele sthede vnde vast bliuen, so hebbe we thu eneme thughe vse ingheseghele vor dessen bref ghehengheth.

(Sigillum adpendet.)

In tergo:

CCC. XVI. domicellus Johannes diuisit castra Kyl et Seghebergh cum Comite Gherhardo.

XXXV.

Herzog Rudolph von Sachsen belehnt die Grafen Gerhard und Henneke von Holstein. 1318.

(Orig. membr. in Arch. Reg.)

Wir Rudolph von der gnade godes Herzoghe zu Sachsen zu Angheren zu West. zu Bren vnd Purchgraue zu Meygdeburch. Bekennen in disme offene Briue vnd dun witzlich al den dine sen vnd horen, daz wi den Edelen Heren Greuen Gherharde vnd Greuen Henneken von Holtzsten haben redelichen geleghen mit samenderhant vnd lighen in disem briue al ir guth, daz si von vns zu rechte haben sollen, vnd zu eynem orkunde disser dinghe habe wir disen Brif laten besigelen mit vsem Insigele. Disser dinghe is tzuch Otto Schlichting von Rozlauue, Otto von Glyneloser, Rule von Drisale, Thiderich vnse Scriber. Disse brif is gheben zu Thanghermunde nach godes bort Dusent iar Drihundert iar in dem achteghedem jare in dem palmedaghe.

Auf der Rückseite:

Rudolphi Ducis Saxonie litera super bonis pheudalibus in terra Holtzacie.

XXXVI.

Junker Henneke von Holstein-Stormarn verkauft verschiedene Dörfer an das Kloster zu Reinbeck. 1318.

(Orig. membr. in Arch. Reg.)

In ghodes namen amen. We Junchere van ghodis gnaden, greue to Holzten vnde to Stormeren. dhoth witlic al den de dissen bref horet vnde set. vnde bekennet openbarliken in dessen breue dat we mit gudem willen, vnde mit gantzer vulbort. vses leuen vedderen. Greuen Gherdes van Rendesborghe, vnde mit vser bederuer Ridder rade. hebbet vor kofft. vor dusent mark lubeker peninghe. de we rede vp ghe boret hebbeth. vnde na vser riddere rade an vse nut hebbet ghekeret. Prouest Danele. Priorinne Alheyde. vnde deme menen conuente der

vrawen to deme Reynebeke. al vse richte. dat hogeste. vnde dat sideste. an vsen dorpen. de hirna bescreuen sint. to der Oldenborgh. to der Hauechorst. to Hanenalle. vnde to Oddigendorpe. vnde vort mer alde rechtechept. de we an dessen dorpen hebbet. an holte. an mast. an velde. an ackere. an roden. an more an watere. an wischen. vnde an weyde. vnde dar mede al vse holt grote vnde clene. dat maschroc efte asbrcoc het mit aller stede. alse we desse dorp vnde alle dit holt wente an dessen dagh besethen hebbet. Vort mer bekenne we des. vnde willet dessen Prouest vnde desse vruwen de nu sint, vnde nocg to kommende sint. des waren. dat niweder guderhande man. eder husman, merschman efte gheyst man. nenerr hande recht eneheft an alle dissem holte vnde an alle desser mast mit sodaner rechtechept. hebbe wi vorkoft. dissen vorbenomeden vrowen. disse dorp. vnde alle dit holt. to rechteme kope. mit gentzeme eghendome ewelikeu to besittende. ane wedersprake. wolte auer ginich vmmesetelinck efte anders ghemen bewerren ouer lanc ofte over cort desse vrowen an ieneghen dessen stucken, dat scole we, efte vse rechten eruen alle wis vnd werren vnde vnt sceden dat. dat alle desse dinch, stede vast vnde ewich bliuen. dar vmme heft vse veddere vnde we vse Inghesegele hengt to dessem breue. Ouer dessen Saken hebbet ghewesen. vse riddere. vnde vse knapen de dhit tughet. Her Hinric van aluerstorpe. Her Luder van Plone. Her Eler van Walestorpe. Her Johan van Ratmerstorpe. Her Marquart Westense. Her Tzabel van Louenborch. Johan Brocdorpe vnde Eckert sin broder. Marquart Cartzowe vse vogheb. vnde vele andere vser man, den alle disse rede witlic sint. disse Hantvestinghe is gehgheuen vnde ghescreuen to Plone. na ghodes bort dusent jar. drehundert jar. in deme achteynden Jahre. in sunte Johannis Daghe. na Paschen. also he an deme olie soden wart.

XXXVII.

Helena, Gräfin von Holstein und Schauenburg, entsagt mit Beirath und Einwilligung ihrer Söhne Adolf und Erich ihren lehnsherrlichen Rechten auf die Güter Steinrade und Eckhorst, und ertheilt denselben lübisches Recht. 1318.

(Die Urschrift im Archive des Gutes Steinrade.)

Omnibus presencia visuris Helena dei gracia Comitissa holtsacie et Scowenborch Salutem in domino sempternam. Ne ea que fiunt in tempore euanescant et pereant defluente tempore, solent scripturarum et testium memorie commendari. Nouerint igitur vniuersi presentes et futuri, nos cum consilio et consensu dilectorum filiorum nostrorum Adolphi Gherardi et Erici nec non omnium quorum consensus

erant requirendi, in recompensam beneficiorum nobis multipliciter impensorum per honestum virum Thidericum de Alen burgensem Lubicensem contulisse videlicet ipsi thiderico et suis heredibus veris villas stenrodhe et echorst cum omnibus attinenciis eorum et terminorum distinctionibus vt nunc iacent cum omni iure proprietate libertate et fructu sine seruicio et exactione perpetuo possidendas et regendas Judicio Lubicensi prout reguntur ville in marchia ipsius ciuitatis lubicensis, et renunciamus vna cum dictis nostris filiis omni Juri nostro quod in hiis bonis nobis hactenus competebat aut competere posset in futurum, volentes ut ipsi thidericus et sui heredes hiis bonis absque cuiuslibet impeticione et absque actione contraria quacunque utantur perpetue pacifice libere et quiete, et si processu temporis decreuerint quod ea quacunque alienacione voluerint transferre valeant in personas ecclesiasticas aut seculares secundum quod sibi viderint expedire. Ut autem hec prmissa rata inconuulsa permaneant presens scriptum nostro sigillo fecimus communiri. hujus rei testes sunt Conradus de Wenninghusen Johannes busche, milites et hinricus de Wolseden nostri fideles et quam plures alii fide digni. Datum Anno Domini MCCC. decimo octauo. In octaua natiuitatis beate marie virginis.

(Das Siegel ist abgerissen.)

XXXVIII.

Gleichmäßige Cession des Grafen Adolf, des Sohnes der Gräfin Helena. 1319.

(Die Urschrift im Archive des Gutes Steinrade.)

beleghen is, mit voghedye vnde mit mannen, also langhe, wante he dit vorbenomede dinch vollentoghen heft. Vortmer were dat we scaden nemen in vseme gvde dat we an deme rike hebbet, Dat scal man vs wedder legghen mit der vyende gvdhe, ofteman dat hebben mach, mochteman nicht so en scolen vse vedderen de hertoghe vnde greue ghert vnde ere helpere sich nicht sonen, vsek en si vse scade weder leghet, also dat vs noghe, vortmer vmme vse scult, de vs de koning scvldich is, de we mit vsen openen breuen bewisen moghen, dar scolen se vs to helpen, vnde sich nicht sonen vs en si vulle dan also vse breve sprekct, vortmer dat god dat we hebbet in Denemarken dat scal vs de koningh ghelden, also als it vse olderen coften. Desse pant vnde lant scole we greue Johann holden twe jar, na der lesten tid der beredinghe, de hir vor screuen is. De pant scole we nicht vorcopen oder vorsetten, yenighe manne, mer stvnde se vs over de twe iar, so moghe we se svluen beholden, vor copen oder vor setten weme we willit vnde we se beholt, deme scal se de hertoghe lenen, vortmer we scolen de mannen vse opene breue gheuen, dat we se laten scolen bi also daneme rechte, als vse man hebbet in deme lande holzsten, vnde we scolen en oc gheuen also dane breue, als de sin de se nu hebbet oppe er gvd, vortmer were dat dese ersten Dusent marc oppe de tid, de vornomet is vs nicht bered en worden, so en scole we nicht riden in des hertoghen noch greue gherdes denest, de wissende de en werde vullen toghen, also als it ghesproken is, were dat dit dinch ane orleghe sonet worde, so scal man vs gheuen twe dusent lodeghe marc, van den ver Dusent marken de vorsproken sint, De ersten Dusent marc van dessen twen, de scal man bereden also hir vor screuen steyt, vnde de anderen Dusent marc, dar scole we de pand vore holden, oc also dar vore is bescreuen, vnde lesten twe Dusent marc de scolen quit wesen, vortmer en scal vse veddere de hertoghe noch greue ghert sich nicht sonen wene hebben de breue wedder van deme koninche de we eme gheuen hadden vp den Kile. Vmme alle desse vorbenomede stücke scole we greue Johan vsen vorbenomede vedderen dem hertoghen vnde greue Gherd denen dat ganze orleghe vt mit hvndert mannen op orsen. Is ouer dat ses bedoruen we scolen en volghen mit aller macht, vnde wanne se dit denest hebben willen, dat scolen se vs vor kvndeghen vif weken, vortmer neme we yenighen scaden in dessem orleghe, in vanghenen oder in verlust in reysegher have, den scal man vs wedder legghen na man talein vromen efte man vromen neme, an vanghenen, an landen oder in sloten, were dat vs dar an en breke, so scole we dat vorles vp de pande rekenen, vortmer vorlore we encele orse de scal man vs ghelden binnen dren manden dar na, vnde de encelen perdhe, dar na dat men de lüde ridende wil hebben. Vortmer vmme ses ors oder sevene, scole we nene reyse vor svmen, noch vmme twintich perdhe, mer vorlore we mer dat scal man vs ghelden, also dar vor bescreuen is, vortmer hebbe we greue Johan, hertoghe Woldemar, vnde greue Gerd vs vor bvnden to teyn jaren malk dem anderen bi to stande in allen sinen noden, mit mannen, mit lande, mit sloten, vnde mit aller macht, na dessem orleghe malk vppe sin eghene win vnde vorles. Wille we oc anders yenighen heren to desser vorbindinghe hebben, dat scole we don malk mit des anderen rade. vnde vser nen scal sonen noch daghen, noch yeni-

gherleye velighevt nemen mit vsen vienden, it en si mit vser aller rade, vnde yewelc scal des anderen viende hinderen, vnde sine helpere desses orleghes vorderen, wor he mach. Alle desse stücke, de hir vor screuen sin, de scal man deme hertoghen vnde greue gherde holden, beholdet se dat lif, mer worde erer to kort binnen desser benomeden tid, wor en nicht vullen dan en worde, dar scolde men vul don eren rechten erven, vnde de eruen de scolden vs greue Johanne vnde vsen erven oc don vnde holden, also hir vor bescreuen is. Vppe dat alle disse dinch, vast, stede vnde vnghebroken bliuen, so hebbe greue Johann, vsem vedderen deme hertoghen vnde greue gherde en truwen ghelouet, vnde se vs wedder, vnde hebbet vse inghesеghel to ener betüghinghe desser dinghe, henghet to dessem breue, Desse bref is ghescreuen vnde gheueñ to dem Kile na Godes bort Dusent jar Drehundert iar. in deme vif vnde twintegheſten jare des vridaghes na paschen.

LVI.

Graf Gerhard von Holstein-Stormarn garantirt dem Grafen Johann den über das Land zwischen der Schlei und Eider geschlossenen Vertrag. 1325.

(Orig. membr. in Arch. Reg.)

We Gherard van dher gnadhe Godis Greue tho Holzsthen vnde Sthormern bikennet vnde thugit in in dhessime openen breue, dhat we vsime leuen veddern Greuen Johanne entruwen ghelouit hebben mit vsen bedderuen mannen, dhe hir na bi screuen stan, mit Hern Dosen Blokke, Hern Hinrich Splyte, Hern Hartwich van Reuitlo, Hern Dhetleue van der Wensynen, Hern Johanne van Slamerstorpe, Hern Nycolaus deme olden, vnde Hern Nycolaus deme junghen, vnde Her Johanne vamme Crummendyke, Hern Marquarde van Westhense, vnde Hern Emeken Haken, dhat we eme alle de dhing holden scollen also, alse vse openen breue spreken, dhe we eme gheuen hebben vmme dhe stat tho Eckerenvorde, vnde dhen Denschenwolt, vnde dhat lant twischen Eyder vnde Sly, dhes hebben we eme ghegheuen dessen openen bref tho tughe vnde biseghelet mit vsime inhegeseghele na godis borth dusint jar drehvndirt jar in in dheme vifentwintighisten jare in dheme sonauinde vor sente Wolberghe daghe, by de vorde to Stolpe.

(Sig. adpend.)

LVII.

Herzog Erich von Sachsen bestätigt dem Kloster zu Cismar alle Besitzungen und Gerechtsame. 1325.

(Orig. membr. in Arch. Reg.)

In Dei nomine Amen. Ericus Dei gratia dux Saxonie, Angharie et Westfalie, ad perpetuam rei memoriam. Hanc sibi quodammodo Nobilitas Legem statuit, ut se debere aestimet, quod sponte tribuit, et nisi in virtutibus accrescat, se nil fecisse putet. Unde et nos ante oculos mentis reducentes, nobilia et gloriosa facta progenitorum nostrorum, qvi ecclesias plurimas fundaverunt et laudabiliter dotaverunt, formidamus non immerito nos posse dici degenerare, nisi eorum virtuosa opera imitantes, qvod ab ipsis devote factum est, ampliare sollicite studeremus. Nuper siqvidem cum de regno Danie navigio venientes per claustrum religiosorum virorum ordinis sancti Benedicti Lubicensis diocesis in Cysmer, qvod est in terra Holtzatiae, transitum faceremus ad presentiam nostram devoti et reverendi viri, Domini Wipertus Abbas et conventus ejusdem monasterii accesserunt, cum instantia devote et humiliter supplicantes: Qvatenus cum ipsi et antecessores eorum, qvi pro tempore fuerunt, olim plures villas, molendina, redditus, jura, possessiones et alia bona, tam in aqvis, qvam in terris, a nobilibus viris, comitibus et Dominio terrarum Holtsatie Magnopolensis et Slavie, nunc viventibus, et a progenitoribus ipsorum, vasallis nostris, nec non a subditis eorundem, donationis, emptionis et permutationis titulo acqvisierint, ac alias comparaverint, auctoritate tamen et consensu nostro, qvi in hujusmodi contractibus, donationibus, emptionibus, et permutationibus reqviri et obtineri jure debebat ratione superioritatis, qvam ad comites et Dominos terrarum prefatarum, vasallos nostros, nos habere dubium non existit. Ad id munimine accedente, prelibatas villas, molendina, reditus, jura, possessiones, et alia bona, qvorum nomina et specificatio inferius continetur, ipsis et successoribus suis de innata pietate et de speciali dignaremur gratia confirmare. Nos igitur piorum principum progenitorum nostrorum, qvi viros religiosos et loca ipsorum gratiosis privilegiis contra calumniantium insidias munierunt, et pio semper proseqvebantur affectu, vestigiis inherentes, qvia prefatos contractus, donationes, emptiones et permutationes justas et rationabiles fore conspicimus, dictorum Abbatis et conventus precibus inclinati, ipsos omnes et singulos qvoad omnes clausulas et singulos articulos in ipsis contentos ratificamus, approbamus et ex certa scientia confirmamus. Volentes ut omnes et singuli prefati contractus, donationes,

emptiones et permutationes ex hac auctoritate et consensu nostro, qvamvis ex post facto prestito, adeo plenum, immo plenius et plenissimum robur ex tunc capiant debitae firmitatis, ac si ab initio consensus et auctoritas nostra vel progenitorum nostrorum in omnibus donationibus, emptionibus et permutationibus vel singulis contractibus reqvisiti et obtenti extitissent, ac si quoque de ipsis eorumque totis tenoribus, de verbo ad verbum in his nostris literis mentio fieret specialis, denunciantes pro nobis et heredibus nostris omnibus juribus, proprietatibus et pertinentiis qvibuscumque, que nobis et herédibus nostris in presenti et futuris temporibus possent competere qvoqvo modo. In cujus approbationis confirmationis consensus et auctoritatis nostre evidens testimonium, presentes literas accedente ratihabitione imperialis auctoritatis, qva factum nostrum semper confirmare consvevimns, sigilli nostri appensione jussimus communiri. Et ne forte de premissis villis, molendinis, redditibus, juribus, possessionibus et aliis bonis, a nostris et aliorum successoribus posset dubium suboriri, eas seu ea, vel eos duximus declarare, videlicet in terra Holtzatie, Locum claustri cum allodio, stagno et duobus molendinis adjacentibus, curiam Castut, villam Smucekendorpe, villam Clokenhaghen, villam Grobenitze cum ecclesia et molendino et indagine apud salsum mare, villam Lendest, villam Korneke, dimidiam villam Slemmin cum molendino adjacente, molendinum Zukestorpe cum tertio dimidio manso, cum omni jure, dominio et proprietate, villam Barenstorpe, villam Kokulune cum molendino, villam Teslevestorpē cum molendino, villam Dallnyendorpe, villam Luteken Rodelube, villam Langhenhagen, villam Neverstorpe cum molendino, villam Hoghewolt, villam Schonewolt cum ecclesia et molendino, villam Hoghenberch, villam Porekestorpe, molendinum in Alverstorpe cum dimidio manso, villam Kuserestorpe cum molendino, villam Glint, villam Schirenbeke, villam Postyn, villam Holendorpe, dimidiam villam Viszowe, villam Cleve, in terra Pole, villam Ostergolenisze, villam Westergolenizze, villam Malchowe, villam Vorwerke, in terra Mekelenborch, villam Crempin, villam Smakentyn, villam Criszowe, villam Warekestorpe, duas villas dictas Hoghenwentorpe, Curiam in civitate Wismer, cum molendino Dammenhusen et aliqvibus mansis sitis in campo et in terminis civitatis ejusdem. Datum in castro nostro Lowenborch. Anno MCCC. vicesimo qvinto, in festo sancti michaelis Archangeli, presentibus honorabilibus et discretis viris Johanne de Soltowe nostro Cappellano, Heynone Scharpenberch, Gherlaco Schülten, Wulff de Swartenbeke, Ludolpho Schacken, Wasmodo Schacken, Johanne Schacken. Hermanno de Daldorpe, Bertramo Zabelli, militibus. Drochlevo de Doren, Ludolfo Schorleken, Johanne Schachen, Johanne de Wittorpe, Nicolao Brochdorp, Everhardo Schacken, Arnoldo Sassenhaghen, Manegholdo

Swartlen, per manus nostri Cancellarii, Domini Nicolai dicti Gyr, nostro sub sigillo.

(Sig. ex cera alba filis sericeis rubri et viridis coloris adpendet.)

In dorso:

Confirmatio Ducis Saxonie.

LVIII.

König Waldemar von Dänemark belehnt den Grafen Gerhard von Holstein erblich mit dem Herzogthum Schleswig. 1326.

(Orig. membr. in Arch. Reg.)

Omnibus presens scriptum cernentibus Woldemarus dei gratia Danorum Slauorumque Rex, quondam Dux Jucie, Salutem in domino sempiternam et huius rei subscripte cognoscere veritatem. De jure naturali et diuino requiritur, ut fideles in sue fidelitatis obsequio aliquo retributionis premio respiciantur. Hinc est, quod propter innumera beneficia, Nobis, Regno, et Regni personis inpensa, labores, sumptus et expensas, quas Comes Gherardus, noster awnculus dilectus, diuersis temporibus, pro commodo, necessitate, et honore dicti Regni nostri fecit et pertulit, et hodie facere non recusat, bona et matura deliberatione, motu proprio, non circumuenti, nec seducti, cum consilio et consensu venerabilium patrum, Karoli sancte Lundensis Ecclesie Archiepiscopi, Nycolai Burglanensis, Petri Otoniensis, Johannis Sleswicensis, Johannis Rypensis, Johannis Roskyldensis, Tukoni Wybergensis, ac Swenonis Electi Arusyensis, Ecclesiarum episcoporum, nec non Laurentii Dapiferi, Ludewici marscalci, Kanuti Porse, Johannis Offessun, ac ominum aliorum Consiliariorum nostrorum, dimisimus, dedimus, et nichilominus jure pheodali contulimus Nobili domino, awnculo nostro karissimo, Gherardo Holtsatie et Sthormarie Comiti, suisque veris et legitimis heredibus totum Ducatum Jutie, cum omnibus suis metis, terminis, distinctionibus, terris, insulis, castris, ciuitatibus, munitionibus, vasallis, mari, aquis, portubus, judiciis, jurisdictionibus, juribus omnibus Regalibus ac aliis, cum dominio vtili et directo, ac aliis honoribus, dignitatibus, aliisque prouentibus, quibuscunque censeantur nominibus, pacifice et quiete perpetuis temporibus possidendum. De quo quidem Ducatu Jutie ipsum Comitem Gherardum inpheudauimus more principum cum vexillis, dictis Vanenlen, et presentibus inpheudamus. Volentes et debentes liberos et heredes dicti Ducis, nostri awnculi dilecti, de ipso Ducatu et omnibus suis

pertinentiis inpheudare, quando per ipsos requisiti fuerimus, dilationibus friuolis et contradictionibus non quesitis. Damus etiam eidem Comiti Gherardo, suisque veris heredibus, omnes vasallos residentes in dyocesi Sleswicensi, Volentes ut ipsi vasalli nulli obediant et seruiant, nisi predicto dicto Comiti et suis veris heredibus, prout nobis obedire consueuerunt et tenebantur. Mittimus et ducimus ipsum, liberos et heredes suos, in corporalem possessionem ducatus predicti et omnium ad ipsum pertinentium, Volentes ipsum et ipsos ab omnibus violentiis et iniuriis, tamquam nostrum nobilem vasallum inductum et inductos defendere fideliter et tueri, transferentes in ipsum Ducem Gherardum awnculum nostrum predilectum et suos veros et legitimos heredes eundem Ducatum Jutie, cum omnibus et singulis suis pertinentiis, Abdicando a nobis, heredibus et successoribus nostris, quicquid iuris habuimus vel habere potuimus in premissis omnibus vel in quolibet premissorum, Jure superioris dominii seu inpheudationis nobis et nostris duntaxat reseruato. Renunciauimus quoque et renunciamus in hiis scriptis, pro nobis, heredibus, et successoribus nostris, commodo priuilegiorum, instrumentorum ac aliarum literarum omnium, sub quocumque tenore vel forma datarum predecessorum nostrorum, quibus forsan huiusmodi nostra inpheudatio, donatio, seu collatio de sepe dicto Ducatu sic libere facta posset infringi vel aliqualiter inpediri. Renuntiamus etiam omnibus exceptionibus doli mali, actioni infactum, beneficio restitutionis in integrum, aliisque omnibus et singulis exceptionibus, auxiliis, et beneficiis utriusque juris Canonici et Ciuilis, quibus presens instrumentum, vel aliquid contentum in ipso posset viciari in parte vel in toto, juri dicenti hujusmodi renuntiationem generalem non valere. Vt igitur hec nostra licita et voluntaria inpheudatio dudum dicti Ducatus perpetuis temporibus firma permaneat et illesa, presens scriptum inde confectum sigilli nostri munimine duximus roborandum. Testes sunt venerabiles patres supra scripti, ac illustris princeps Albertus Dux Saxonie, Angarie et Westfalie, Johannes et Adolfus Holsatie, Stormarie et Schowenborgh Comites, Hinricus et Nycolaus Comites de Zwerin, Walterus de Werningherodhe, et Borchardus Comes de Swalenbergh, nec non Laurentius Dapifer, Ludewicus marscalcus, Kanuth de Porse, Jons Offes sun, Petrus et Andreas Stygkhy, fratres, et alii quam plures tam Clerici quam Layci fide digni. Datum et actum Nyborgh, in generali parlamento, Anno Domini Millesimo Tricentesimo vicesimo sexto, in die Assumptionis beate Marie virginis.

(**Sigillum deest, fila vero sericea rubri et viridis coloris adpendent.**)

In tergo:

Litera regis Woldemari Dacie super inpheudacione Ducatus Sleswicensis facta Gherardo Comiti Holtsacie et suis heredibus.

LIX.

Anerkennungsurkunde des dänischen Reichsrathes in Bezug auf die vorstehende Belehnung. 1326.

(Orig. membr. in Arch. Reg.)

Omnibus presens scriptum cernentibus Karolus Lundensis Ecclesie Archiepiscopus, Nycolaus Burglaniensis,, Petrus Otonyensis, Johannes Sleswycensis, Johannes Rypensis, Johannes Roskildensis, Tuko Wybergensis, et Sweno Electus Arusiensis, Ecclesiarum Episcopi, nec non Laurentius Dapifer, Ludewicus Marscalcus, Kanutus Porse, et Jons Offesson, Milites, Cum deuotis orationibus salutem in domino sempiternam. Tenore presentium recognoscimus astando protestantes, Quod cum Cristoforus Danorum quondam Rex, proprie sue salutis immemor, contra juramentum suum pro legibus et juribus Regni Datie conseruandis prestitum veniens, in profundum malum descendens, adeo vt non Regni Nobiles solum, verum etiam personas humiles et miserabiles utriusque sexus, ex actionibus, angariis, perangariis, ceterisque variis et innumeris castigationibus affligeret, et quod magis horrendnm est, Ecclesias et ecclesiasliasticas personas suis redditibus spoliaret. De quibus omnibus ob inductum Dominorum, Laurentii Dapiferi et Ludewici Marscalci, per Dominum Gherardum Comitem Holtsacie suis et suorum magnis laboribus, sumptibus grauibus et expensis, et cura vigili ab hiis intollerabilibus et inportunis malis et pressuris fuimus liberati. Nos vero ad hec, et ad alia nobis, Regno, et Regni personis, per dictum Comitem beneficia inpensa respectum habuimus, consilium, et assensum prestitimus, et in hiis scriptis protestamur. Quod magnificus priceps Dominus noster Woldemarus Danorum Slauorumque Rex, quondam Dux Jutie, ut premissum est, cum consilio et assensu nostrorum ac omnium aliorum, quorum interest et interesse poterat, rite et rationabiliter dimisit, dedit et contulit, jure pheodali predicto Domino Gherardo avunculo suo Comiti Holtsacie et Stormarie, suisque veris et legitimis heredibus, totum Ducatum Jutie, cum omnibus suis attinentiis et conditionibus, sicut in literis patentibus predicti nostri magnifici Regis Woldemari de uerbo ad uerbum aperte continetur. De quo Ducatu dudum dictus Rex Woldemarus memoratum Comitem Gherardum cum vexillis dictis Vanenlen, omnibus nobis Nyuborgh in communi Parlamento consentientibus inpheudauit, ipsumque Ducem fecit, et transtulit eundem Ducatum Jutie cum omnibus suis conditionibus in ipsum Comitem Gherardum, vt in sui Regni Principem et Vasallum fidelem et condignum. Debet etiam et tenetur predictus magnificus Rex Woldemarus, Dominus noster, veris et legitimis he-

redibus predicti Comitis Gherardi Ducis Jutie conferre pheodali jure predictum Ducatum Jutie, quandocunque ab ipsis fuerit requisitus. In horum testimonium nostra Sigilla presentibus duximus apponenda. Testes sunt, Illustris Princeps Albertus Dux Saxonie, Angarie et Westfalie, Johannes et Adolfus Comites Holtsacie, Stormarie et Schowenborgh, Hinricus et Nycolaus Comites Zwerinenses, Woltherus Comes de Werningherodhe, et Borchardus Comes de Swalenberghe. Datum Nyuborgh in generali Parlamento, Anno Domini Millesimo CCC. XX. sexto, in crastino assumptionis beate Marie virginis.

(Tria sig. adhuc adsunt.)

LX.

Herzog Gerhard von Schleswig, Graf von Holstein, nimmt Stralsund und Rügen in seinen besondern Schutz. 1326.

(Cop. vet.)

Nos Gherardus Dei gratia Dux Jutie, Comes Holsatie et Stormarie, tutorque Regni Dacie, recognoscimus tenore presentium publice protestantes, qvod acceptavimus et in his nostris scriptis acceptamus, qvod volumus et debemus Civitatem Strahlesund, totum principatum Rujanorum ac incolas ipsius cum omnibus suis castris et munitionibus fideliter tueri et defendere, tamquam nostros ab omnibus injuriis, violentiis, molestiis et hostium incursibus, atque ipsam civitatem cum toto principatu jam dicto ab omni impetitione seu imbrigatione personarum qvarumcunque ecclesiasticarum et secularium cujuscunque condicionis preeminencie status aut dignitatis fuerint, modis omnibus disbrigare solutos et liberos reddere, negligentiis excusationibus aut aliis subterfugiis non qvesitis. Item debemus et volumus nomine et vice Domini Waldemari Danorum Slavorumque Regis omnes libertates, Justicias, gracias, donationes, omnia et singula jura, privilegia et instrumenta et qvelibet in ipsis contenta dicte civitati et ejus civibus et Burgensibus per predictum Dominum Regem et omnes predecessores suos reges Dacie et per Dominum Wartislaum Ducem stetinensem ac per principes Rujanorum indulta, data et concessa ratificare et confirmare et nihilominus grata et rata ipsa tenemur et qvibus necesse fuerit privilegia et instrumenta sub nostro Sigillo tenebimus innovare. Item dicte civitati et ejus

civibus omnibus et singulis solvemus nomine et vice dicti Domini Regis omnia debita in quibus ipsis Rujanorum principes et omnes reges Dacie, eatenus fuerunt obligati, Que dicti cives nostris et instrumentis eorum poterint demonstrare, vel de qvibus aliter justam poterint reddere rationem, non debemus etiam neque volumus in arduis negotiis vel causis dictam civitatem cum toto principatu prenotato tangentibus, durante toto tempore tuiciononis seu defencionis nostre, qvidqvam agere disponere vel finaliter terminare, nisi forsan vasallis nostris stipendiariis et aliis nobis famulantibus dextrarios et eqvos daremus vel nuntiis nostris secretis remunerationes vel premia prestaremus, qvin prius ad id consulum predicte civitatis consilium accedat vel assensus, in premissorum omnium evidentiam et testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum, datum anno Domini Millesimo CCC. vicesimo sexto in die beati Dyonisii et sociorum ejus martirum beatorum, presentibus Dominis Adolpho Comite de Schowenborch, Canuto Porse, Doso Blok, aliisque pluribus fide dignis.

LXI.

Der Grafen Heinrich zu Schwerin und Johann von Holstein Schreiben an Papst Johann XXII. zu Gunsten des Herzogs Erich von Sachsen-Lauenburg wegen der Chur und des Erzmarschallamtes. 1328.

(Aus Krohn's Collectaneen.)

Sanctissimo in Christo Patri ac Domino Domino Johanni divina providentia Sacro Sancte Romane ac universalis Ecclesie summo Pontifici. Henricus Dei gratia Comes Zwerinensis, nec non Joannes eadem Gracia Comes Holsatie et Stormarie, terrarumque Lalandie Valstrie et Ymbrie Dominus, cum recommendatione se ipsos et devota pedum oscula beatorum. Relatione Nunciorum Illustris principis Domini Erici, Saxonie, Westfalie et Angarie Ducis Sacri Imperii Archimarscalli, ac eciam publica fama referente, ad noticiam dicti Domini Erici Ducis et nostram pervenit, quod apud sanctitatem Vestram quis inter predictum Dominum Ericum ex una et Dominum Rudolphum parte ex alia Duces Saxonie, vocem in electione Sacri Romani Imperii debeat obtinere, dubium sit exortum.

Nos igitur cum certa dominia in terris nostris, videlicet Slavie nec non Holsacie et cet. in feudo a dicto Erico teneamus, Sanctitatem Vestram ad requisitionem prefati Domini Erici, Ducis, in quantum per experientiam dedicimus, reddere duximus certiorem et presentibus litteris nostris Sanctitati Vestre significamus, quod

a progenitoribus nostris et senioribus ita accepimus, quod Duces Saxonie, partem orientalem ipsius Ducatus tenentes, cui terra Hadelerie est annexa, quam partem nunc tenet Dux Ericus predictus, et presertim senior inter ipsos, Vocem in electione Sacri Romani Imperii dumtaxat debeat obtinere, ac progenitores et fratres ipsius Domini Erici, et ipse Ericus fuerunt et sunt in possessione vel quasi juris eligendi Romanorum Imperatorem. Temporibus etenim progenitorum nostrorum et nostris, Illustris Princeps Dominus Joannes ipsius domini Erici pater et in propria persona magnificum Principem Rudolphum cum caeteris coelectoribus suis et comprincipibus Regni in Regem Romanorum elegit. Post hec vero Imperio vacante per mortem dicti Rudolphi Regis, ipso eciam Joanne Duce sublato de medio, Joannes et Albertus ipsius Joannis liberi, fratres sepe dicti Domini Erici, nunc Ducis, Regem Adolphum elegerunt. Quo iterum defuncto et Imperio vacante, Lupus de Swartenbeke ac Joannes de Crumesse, milites, de speciali mandato dictorum Joannis et Alberti, cum caeteris Principibus et viris electoribus admissi, Dominum Hinricum de Lutzenburg in Regem Romanorum elegerunt. Quo iterum defuncto ac vacante Imperio, Dominus Joannes sepe dicti Domini frater, ad electionem, licet heucismaticam evocatus fuerat, atque presens. Item quod ad dictum Dominum Ericum et suos dictam partem Ducatus Saxonie tenentes spectavit et spectat Jus eligendi tantum, patet ex eo, quod ad ipsum Dominum Ericum predictum, tanquam ad Archimarschallum sacri Imperii ab omnibus Principibus orientalibus, Ducibus, Comitibus, Baronibus et caeteris Nobilibus in omnibus causis de jure et de facto appellatur, qui etiam supra dicta bona sua feudalia ab ipso recipiunt, et se Vasallos fore recognoscunt. Et nos recognoscimus ejusdem fore vasallos in terris nostris supra dictis. Item quod de predicto omnibus et singulis in partibus Saxonie, Westfalie et Angarie, Marchionatus Brandenburgensis, Slavie, Holsacie et aliis locis vicariis fuit et est publica vox et fama ac publica et notoria fuerunt, et sunt in locis supra dictis et a tanto tempore, cujus contrarii memoria non existit. In quorum omnium evidentiam ad requisitionem sepe dicti Domini Erici, Ducis, Sacri Imperii Archimarscalli, sanctitatem Vestram de predicto dubio informando Sigilla nostra presentibus duximus apponenda. Datum Anno M. CCC. XXVIII.

LXII.

Das Kloster zu Uetersen schickt ein Paar Pferde zum Verkauf an das Kloster zu Neumünster. 1328.

(Orig. membr. in Arch. Reg.)

Vniuersis presencia visuris uel audituris, Johannes Dei gracia Prepositus Sanctimonialium in Vtersten, in omnium saluatore salutem. Recognoscimus tenore presencium, publice protestantes, quod de vnanimi consensu et voluntate religiosarum dominarum Elyzabet Priorisse tociusque conuentus dicte ecclesie Vtersten, dedimus reuerendis viris, Domino Hinrico Preposito suoque Conuentui in Nouomonasterio, duos polledros, vnum triennem, alterum vero qnadriennem, propagatos ab equabus, a dictis nostris dominabus libere nobis datis, sicut in earum priuilegio super hoc confecto plenius est expressum, dictos autem polledros Prepositus et suus Conuentus predicti vna cum nostro consilio vendent pro centum marcis denariorum lubicensis monete, quod si minus centum marcis soluerint seu valuerint, ab huiusmodi defectu usque ad valorem centum marcarum de nostris equabus uel fetibus earum eos curabimus releuare, ita sane, ut nobilium virorum et nostre ecclesie predicte in Vtersten piorum beneficiorum nec non et defensorum, Dominorum videlicet Johannis Comitis Holtzacie et Stormarie, ac Adolfi Comitis Holtzacie et Scowenborg, sue ecclesie nouiter translate tamquam virorum fundatorum memoriam deuocius et feruencius perpetuis temporibus peragere astringantur. Si autem plus quam centum marcas polledri soluerint supradicti, siue multum siue parum hoc fuerit, totum cum centum marcis predictis cedet in sue ecclesie pios vsus, tali tamen condicione adiecta, ut ceteris omnibus nostris benefactoribus nobis et nostris dominabus commissis, in missis, vigiliis, oracionibus, et in ceteris bonis operibus, que per eos dominus dignabitur operari, dignentur facere reconpensam. In huius rei evidenciam pleniorem presens scriptum sigillis nostris fecimus communiri. Datum Vtersten Domini MCCC. XXVIII. in die sancti Johannis ante portam latinam.

(Sigillum laesum adpendet.)

In tergo:

Litera Conuentus in Vtersten de polledris.

LXIII.

Kundmachung über die durch Bischof Marquard von Ratzeburg geschehene Vereinigung zweier Dörfer mit der Parochie Gülzow. 1328.

(Orig. in Arch. Raceb.)

Nos Ludolfus Scorleke et Johannes de Wittorpe notum esse cupimus Universis, quod berteldesdestorpe et abbendorpe ville nostre, iacentes in parochia lutowe ante diuisionem eiusdem parochiae, de consensu et beneplacito nostro per venerabilem patrem et dominum nostrum dominum Marquardum Episcopum Raceborgensem transposite vnite et adunate sunt parochie et ecclesie parochiali Gulzowe, sic quod in sacramentis recipiendis et quibusuis aliis inhabitantes dictas villas ad ecclesiam parochialem Gulzowe in perpetuum habebunt respectum et de parochia Gulzowe censeri debebunt et esse et in Testimonium premissorum sigilla nostra presentibus duximus appendenda. Datum Louenborg anno dni M. CCC vicesimo octavo. In die decollationis beati Johannis baptiste.

(Sig. adpend.)

LXIV.

Schenkungsacte des Grafen Johann von Holstein an die Gebrüder v. Alen zu Lübeck über Steinrade und Eckhorst. 1328.

(Die Urschrift im Archive des Gutes Steinrade.)

In nomine domini Amen. Nos Johannes dei gracia comes Holtzacie et Stormarie recognoscimus et constare volumus Vniuersis tam presentibus quam futuris, quod nos de consilio et consensu fidelium nostrorum et omnium qui de hoc fuerant requirendi, cessimus et donauimus pure et libere discretis viris Euerhardo de Alen et Nicholao de Alen, fratribus ciuibus Lubecensibus et eorum veris heredibus in perpetuum tam masculis quam femellis in recompensam beneficiorum et obsequiorum que nobis ipsi fratres multipliciter exhibere studuerunt, duas villas, vidilicet Stenrodhe et Echorst ad habendum et possidendum jure proprio in perpetuum cum agris cultis et incultis, pratis pascuis paludibus lignis rubetis aquis aquarumque decursibus ac earum instagnacionibus, viis et inviis, exitibus et regressibus terminorum destinctionibus ut ipse due ville iacent, cum omni jure judicio manus et colli et

omnibus aliis judiciis cum omni proprietate vtilitate commoditate seu fructu, et plane cum omnibus que pertinent aut pertinere poterunt ad has duas villas cum plenissima libertate, sic quod nec ipsi nec eorum subditi pro tempore residentes in hiis villis ad exactiones prestaciones precarias violentas vel ad aliqua seruiciorum genera nobis aut nostris heredibus vel cuiquam alteri teneantur quomodolibet obligati, habebunt insuper ipsi plenam et liberam potestatem has duas villas cum omnibus pertinenciis suis et condicionibus singulis suprascriptis transferendi quacumque alienacione decreuerint in quascumque personas tam ecclesiasticas quam seculares vbi et quando eis fuerit opportunum, et regendi eas cum judicio Lubecensi prout regi solent ville site intra campimarchiam ciuitatis Lubicensis faciendique et dimittendi cum hiis duabus villis auctoritate sua propria in perpetuum quidquid velint, ad quod nec nostrum nec alicujus alterius consensum siue licenciam requirere tenebuntur, vnde concludendo sermonem declaramus et dicimus sepetactas duas villas Stenrodhe et Echorst cum omnibus pertinenciis suis ad predictos Everhardum de Alen et Nicholaum de Alen fratres et ad eorum heredes veros tam masculos quam femellas jure proprietatis perpetue pertinere sic quod nullus alius quam ipsi dumtaxat quicquid juris retineat in iisdem. In testimonium et euidenciam premissorum omnium et singulorum sigillo nostro presens scriptum iussimus et fecimus roborari. Huius rei testes sunt Daniel canonicus Hamburgensis et plebanus in Oldenborgh, Marquardus stake, Echardus brochdorpe armigeri, fideles nostri et Euerhardus campsor ciuis Lubecensis et quamplures alii fidedigni. Datum et actum in castro nostro Plöne Anno Domini millesimo Tricentesimo, vicesimo octauo in festo Natiuitatis beate Marie virginis gloriose.

LXV.

Die Grafen Gerhard und Giselbert von Holstein-Stormarn bestätigen, mit näheren Bestimmungen über die Dotation, der Marien-Gilde in Rendsburg eine Vicarie an der dortigen Kirche. 1328.

(Cop. vet. in Arch. Canc. Slesvico-Hols.)

In nomine sancte et indiuidue trinitatis Amen. Gerardus et Ghiselbertus Dei gratia Comites Holtzacie et Stormarie Uniuersis Cristi fidelibus salutem in perpetuum. Cum humana sit labilis memoria et voluntas hominum instabilis, necesse est, vt ea, que aguntur, scripture testimonio perhennentur. Hinc est, quod (ad)

omnium noticiam cupimus peruenire, Nos, ob intuitum Dei pariterque pium affectum bone voluntatis, Fratres [1]) congregationis vulgato nomine dicte Ghilde sancte Marie in Reynoldesborg annuisse et concessisse, Vicariam, accedente consensu et voluntate domini Conradi plebani ibidem, in Ecclesia instaurare, Assignatis seu collatis ad eandem quatuor mansis adiacentibus ville dicte Düünenstede, qui cum pensione sua, redditibus, prouentibusque ac pertinenciis, ad vsum sacerdotis eiusdem vicarie in perpetuum pertinebunt. Nos quoque eosdem mansos libertamus, eximentes ab omni jurisdictione, in qua a nobis subiecti hactenus tenebantur. Concedentes nichilominus et volentes, incolas eorumdem mansorum liberos et exceptos esse ab omni seruicio laboribusque ac grauaminibus ex parte aduocatie nostre inferendis eisdem, nisi quandoque dum populus totius terre nostre ad commune bonum et salutem concitatus compulsusque fuerit ad opus aliquod perficiendum seu labores et grauamina toleranda. Item Driuer noster ciuis prefate ciuitatis tradens assignauit vicarie duas hereditates positas inibi, harum vna situata est in platea molendini, altera vero in platea inferiori dicta hucstrata, quarum pensionem et quidquid de eis cedet, vicarius annuatim tollet, vsque dum eedem venundate per fratres aut in bona alia commutabuntur, vel in redditus expeditos. Porro vicariam pretactam contulimus Cifrido filio cumpenie ciuis nostri. Cum autem idem Cifridus adhuc puer existat, sic quod non possit preesse vicarie, Dominus Cristianus sacerdos Capellanus predicti Domini Conradi in dicta ciuitate, mox vt eandem eidem puero contulimus, de manu ipsius memoratam vicariam recepit, institutus ad illam ex nostro iussu, nec non et ex consilio et consensu discretorum virorum, Dominorum videlicet Conradi plebani prefati, simulque Dosonis Block, Hartwici de Reuentlo, militum, Ottonis de Dosenrode, Nicolai de Tilemborg, sacerdotum. Insuper et plurium aliorum hominum proborum, scilicet, Petri prouisoris domus sancti spiritus, Ottonis dicti Ploys, Driuer Cumpenie, Johannis Wermestere, pariterque Fratrum totius congregationis antetacte, tam diu quippe quousque prefatus Cifridus receptis ordinibus vicarie preesse poterit propria in persona. Verum tamen si supradictus puer aut morte preueneretur, aut quomodolibet aliter prepeditus a vicaria cederet, ex hoc deinceps idem Dominus Cristianus in vicaria prelibata perpetuus vicarius permanebit. Denique post obitum vtrorumque antedictorum scilicet Cifridi et Cristiani sacerdotis, cui eandem Vicariam Dominus Comes post porrexerit, ipse in eadem sub pena priuationis vicarie personali presencia residebit. Preterea vicarius supradicte vicarie missam pro salute et suffragio tam viuorum quam mor-

1) sic, sed melius: fratribus.

tuorum defunctorum fratrum antetacte congregationis in diluculo tempore hiemali dicet. Estiuali vero tempore, statim ut matutine sunt incepte, vel in secundo pulso celebrabit. Attamen propter presenciam solennis funeris siue in summis festiuitatibus prorogaturus illam in aliam horam, prout placuerit Rectori, transferret celebrandam. Quidquid de oblationibus aut votiuis de suis parochialibus occulte vel manifeste perceperit, ipsi Rectori integraliter presentabit. Ceterum si vicarius debitis horis, et prout sibi constitutum est, missas non celebraret, et ipse quidem bis aut ter ammonitus, a tali dissuecia et inconueniencia celebrandi non desisteret, mox vniuersitas fratrum, simulque cum assensu Domini Comitis et Rectoris ecclesie, si decreuerint, habebunt facultatem et posse eum deponendi. Item si antedictus Christianus vicarius prelibate vicarie excessum faceret notorium, qui probis viris et honestis vna cum Domino nostro Comite et plebano pariterque communitate fratrum culpabilis et enormis videretur, adeo quod vicariam ipsis discutientibus iure demeruisset, ex tunc ipse a vicaria occasione huiuscemodi deponetur. In cuius rei euidenciam ampliorem Sigilla nostra, vna cum Sigillis Dominorum, scilicet Conradi plebani, Dosonis Bloc, Hartwici de Reuentlo militum, Ottonis de Dosenrode sacerdotis, nec non et fratrum antetacte congregationis, atque consulum ciuitatis, et Driuer, presentibus sunt appensa. Datum Reynoldesborg Anno Domini M.CCC.XX.VIII. in die Martini episcopi.

Auschultata et collationata est presens copia per me Johannem Schroder Clericum Bremensis diocesis. publicus sacra Imperiali anctoritate Notarius, et concordat cum suo vero originali sigillato, quod protestor mea propria.

In tergo:

Copia Fundationis Altaris et vicarie Ecclesie Rendesburgensis Principum de collatione modo possessoris Jo. Groppengiters.

LXVII.

Johann v. Lasbeke verkauft sein Dorf Rogelin an Johann v. Bülow. 1329.

(Orig. in Arch. Raceb.)

Ego Johannes dictus Lasbeke famulus Hermannus et Johannes filii mei recognoscimus et presentibus lucide protestamur, quod honesto militi dno. Johanni de bülowe

et heredibus suis legalibus villam nostram rocghelin cum omnibus suis limitibus et terminis prouentibus proprietatibus prout hactenus nobis ac nostris progenitoribus pertinuerat, rite et rationabiliter vendidimus, promittentes ipsis cum primitus opcionem dni nostri domini Erici ducis Saxonie habere, et feudum circa ipsum optinere et procurare sibi poterint, illa bona resignare debemus et tenemur, quod hoc fieri debeat ego hermanus lasbeke filius dni Ludolfi detlevus et henneke dicti de Zule filii domini volradi una cum predictis Johanne lasbeke et suis filiis in solidum sibi compromittimus nostra fide. In cuius testimonium sigilla nostra una cum sigillis Johanni lasbeke prefati et suorum filiorum presentibus sunt appensa. Datum Godebuz in presencia consulum. Anno dni M.CCC.XXIX. die septem fratrum.

(Sigillum adpendet.)

LXVII.

König Christof von Dänemark und sein Sohn Erich belehnen den Grafen Gerhard von Holstein mit dem Lande Fühnen und dem Herzogthum Schleswig. 1330.

(Orig. membr. in Arch. Reg.)

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Amen. Cristoforus dei gracia Danorum Sclauorumque Rex. Ericus eadem gracia Rex Danorum et Sclauorum. Vniuersis Christi fidelibus presentem paginam visuris seu audituris Salutem in domino. Cum noticia rei geste. Humanarum rerum multitudinem varii comitantur euentus. Necesse est ergo, ut ea, que sub tempore geruntur, ne simul cum tempore transeant, viuaci literarum testimonio perhennentur. Nouerit igitur tam presencium etas quam futurorum felix successio, Quod nos, matura deliberacione prehabita, sanisque ducti consiliis, Nobili viro, Domino Gherardo, Comiti Holtzacie et Stormarie, genero nostro, suisque veris heredibus, totam terram nostram Pheonie, cum omni jure regio, ac utili dominio, cum vniuersis vasallis habitantibus in eadem, et plane cum omni iure, commodo et utilitate, et cum omnibus et singulis fructibus, prouentibus, et redditibus ipsius, sicut eam possedimus et habuimus hucusque, dimisimus et contulimus iure pheodali temporibus perpetuis possidendam. Saluum tamen sit nobis, quod insule circa dictam terram Pheonie site et posite, que vulgariter ö dicuntur, et que itinere equestro attingi non possunt, in predicta nostra collacione et inpheodacione minime sunt incluse. Predictus ete-

nim Comes et sui heredes in successiuam generacionem dictam terram Pheonie cum omni utilitate et commodo, sicut domini dominia commodius et utilius tenere et possidere possunt, a nobis in pheodo habere debent in perpetuum pacifice et quiete. Pro hac enim terra et collacione nostra libere facta dictus Comes gener noster et sui heredes nobis et nostris heredibus, cum quinquaginta dextrariatis expeditis armis seruire tenentur, et si necesse habuerimus contra quoscumque, Ducatu Sunderiucie et Comite Johanne Holtzacie exceptis, nos sequi tenentur toto suo posse, sub nostris tamen lucris atque damnis. Nos eciam Castrum Hincegauele cum medietate dicte terre Pheonie Comiti predicto presentare et resignare debemus in presenti. Sed castrum Nyborg, cum alia iam dicte terre medietate, cum omni iure regio in nostra tenebimus et recipiemus potestaté, quousque Castrum Helsingborgh nobis fuerit resignando presentatum. Quo facto Castrum Nyborg cum medietate terre Pheonie, quam in nostra habemus potestate, Comiti predicto aut suis heredibus resignabimus, et ipse suique heredes totam terram Pheonie ex tunc libere possidebunt, sicuti est promissum. Ceterum si Domicellum Waldemarum Ducem Jucie absque ligittimo herede discedere contingeret, extunc Nos Comitem predictum et heredes suos de Ducatu Sunderiucie inpheodare tenemur et debemus, quem et actu cum dicto Domicello in solidum inpheodauimus, et postquam sepedictus Comes et heredes sui post mortem dicti Domicelli de dicto Ducatu inpheodati per nos fuerint et possessionem ipsius pacificam adepti, extunc Comes sepedictus et heredes sui terram Pheonie predictam nobis dimittent et resignent, et ad nos et regnum nostrum sine omni impedimento et contradictione libere reuertetur. Si vero aliqui contra huiusmodi nostram inpheodacionem tam dicte terre Pheonie quam Ducatus Sunderiucie se vellent opponere, et Comitem predictum et heredes suos in possessione dicti Ducatus ac terre Pheonie aliqualiter inpedire. Nos totis viribus nostris cum omni fidelitate procurare et efficere debemus, quod Ducatum Jucie predictum ac memoratam terram Pheonie possint optinere et possidere pacifice et quiete. Insuper memoratus Comes gener noster et sui heredes in sepedicta terra Pheonie exercere debent, et Officiales eorum nomine ipsorum, omnia iura et quascumque consuetudines, que et quas nos personaliter facere et exercere possemus in eadem et literis suis causas secundum leges regni Dacie in terra predicta Pheonie iudicabunt. Sepedicti eciam Comes et sui heredes ius patronatus et presentaciones Ecclesiarum ac beneficiorum Ecclesiasticorum quorumcumque, prout nobis in sepedicta terra Pheonie conpetere potuerunt, possidebunt libere et habebunt. Preterea nos pro nobis et nostris heredibus plane et simpliciter renunciamus quibuscumque exceptionibus ac subsidiis iuris uel facti, et precipue illo non obstante, quo dicitur, quod bona Corone de regno Dacie possint minime alienari, quibus dicta nostra collacio et inpheodacio terre

Pheonie possent infringi aliqualiter aut subuerti. Sed sepefatus Comes et sui heredes terram Pheonie predictam cum omnibus suis iuribus, ut premissum est, quacumque callida occasione postposita, libere in perpetuum possidebunt. In premissorum omnium euidens testimonium Sygilla nostra presentibus sunt appensa. Datum Anno Domini M. CCC. tricesimo, et actum in Ciuitate Rypensi, in dominica qua cantatur Inuocauit.

(Sigillum minus Christofori cum corona, filis rubri coloris, adpendet. Sigillum Erici deest, fila vero sericea itidem rubra adsunt.)

In tergo:

Cristoforus et Ericus Reges Danorum Slauorum Domino G. Comiti Holtzacie inpheudauerunt et in pheodum commiserunt totam terram Pheonie etc.

LXVIII.

Graf Gerhard von Holstein stiftet bei der Stadt Rendsburg eine Nicolai-Capelle. 1330.

(Apogr. vet. in Arch. Canc. Slesvico-Hols.)

In nomine sancte et indiuidue trinitatis Amen. Gerardus Dei gratia Comes Holtzacie et Stormarie, Uniuersis Christi fidelibus presentem paginam inspecturis seu audituris, Salutem in eo, qui est omnium vera salus. Cum perpetua noticia rei geste ex speciali deuocionis affectu, quem pro augmentacione diuini cultus, ut tenemur, gerimus, ipsum totis viribus nostris fouere, promouere et ampliare singularis solicitudo nobis a domino tributa nos pertrahit et inducit. Hinc est, quod tam presentibus quam futuri temporis successoribus notum esse volumus, et lucide protestamur, ne presens nostra actio, quam perpetuam esse cupimus, temporali fluxu capiat detrimentum, quod piis et sanis ducti consiliis pro remedio et salute animarum parentum nostrorum, ac nostra, coniugisque nostre, quandam Cappellam in honorem beati Nycolai confessoris atque pontificis extra portas nostri opidi Rendesborch construi decreuimus, ipsamque pro sustentacione inibi Deo famulancium dotauimus in hunc modum. Nos enim ante omnia ad vsus dicte Capelle libere contulimus omnia, que infra viam continentur, que de castro Rendesborch directe transit per voraginem, que proprie Sluse dicitur, vsque ad ecclesiam beate virginis Marie sitam extra dictum opidum Rendesborch, et vltra a dicta ecclesia vsque ad terminos opidi iam dicti, quicquid enim infra dictam viam et terminis sepedicti opidi vsque

ad ecclesiam beate virginis Marie comprehenditur cum campo quodam loco, qui Koppele dicitur, cum areis et duobus paruis campis sitis versus aquilonem iuxta ecclesiam beate virginis predictam, eciam cum parua domuncula iuxta dictam viam posita versus aquilonem et area dicte domui adiacente, ad dictam Capellam temporibus perpetuis pertinebit. Pomerium tamen nostrum infra sepedictam viam situm in dicta nostra donacione minime inclusum. Preterea dedimus et concessimus plenam libertatem omnibus et singulis hominibus volentibus molare ad molendinum Renneuelt, ut ad dictum molendinum frumenta eorum deducere valeant, et ibidem molare simpliciter et sine pena. Duos enim mansos iuxta dictum molendinum sitos, cum omni jure commodo et vtilitate in perpetuum, et cum omni proprietate et libertate, Capelle contradidimus memorate. Insuper et totum pratum in Alesbeke ad vsus Cappelle sepedicte in perpetuum adiacebit. Ceterum discretus vir Dominus Otto de Dosenrode presbiter, cappellanus noster dilectus, quem ad regimen dicte cappelle canonice presentauimus, de bonis sibi a domino collatis, suffragantibus ad hoc quibusdam amicis suis, ad dictam Cappellam perpetue donauit et assignauit quatuor mansos sitos in villa Schuldorpe. Quam quidem donacionem presentibus approbamus, ipsosque mansos cum omni proprietate et libertate, cum judiciis et omni jure ac vniuersis attinenciis ipsorum, pratis, piscinis, siluis, aquis, piscaturis, agris, cultis vel incultis, et plane cum omni commodo et vtilitate, prout in suis terminis sunt diuisi, capelle prefate approbamus, ac in eam ipsos mansos transferimus, modo quo possumus meliori. Insuper perpetuos redditus vnius mese siliginis in molendino, quod dicitur ad Schachte. Tertiam etiam partem in piscinis et in duobus stagnis in Schuldorpe dictus dominus Otto in perpetuum ad dictam capellam assignauit. Et nos ipsorum omnium plenam proprietatem et libertatem conferimus sub testimonio premissorum. Preterea Dominus Otto predictus ratione capelle iam dicte, et successores sui, qui pro tempore fuerint, plenam et largam habebunt licenciam succidende quecunque ligna, vbicunque per dominium nostrum existencia, quercina aut fagina, vel cuiuscunque generis existant, valencia et vtilia ad structuram domorum pro necessitate eorum, et eciam que possint sufficere ad cremandum. Ceterum si nos molendinum in Renneuelde predictum ad vsus nostros proprios apponere curaremus, extunc in recompensam dicti molendini nouem mesas siliginis in certis redditibus et bonis conuenientibus et pro commodo positis ad dictam cappellam assignare et donare cum omni proprietate et vtilitate tenemur et debemus. Nos enim super hec omnia et quicumque heredes nostri dictum dominum Ottonem, suos etiam quoscumque successores, cum sociis ipsorum et familia ipsis attinente, tanquam nostros capellanos, bona eciam omnia ad dictam capellam iam collata et in futurum qualitercumque donanda, cum omni fidelitate et constancia et quicumque

aduocati et officiales nostri nostro ac heredum nostrorum nomine tanquam bona nostra propria debemus a quacumque infestacione violencia defendere et tueri. In premissorum omnium euidens testimonium et robur perpetue firmitatis sigillum nostrnm presentibus est appensum. Datum et actum Anno Domini M. CCC. trigesimo, in die dominica, qua cantatur Reminiscere.

LXIX.

Herzog Albert von Sachsen zu Lauenburg verpfändet seine Lande dem Grafen Gerhard von Holstein. 1330.

(Orig. membr. in Arch. Reg.)

We Albert van der gnade godes hertoghe to sassen, to Engeren vnde to westfalen bekennet vnde betúghet an dessеme openen breue, dat we hebbet ghesat to eyneme pande vseme leven ome greuen Gherde van holsten vnde van stormeren vnde oc sinen reycten erven alle vnse lant vnde vnse herschop mit al vnsen mannen, mit alleme reycte, mit aller nutticheyt, mit aller nut, mit aller vrucht, mit der stat to Molne, mit der woninghe vnde mit dem gode to Bergerdorpe, mit deme walde, mit holte, mit watere, mit weyde, mit vischerige, mit tollenden, mit môlen, mit deme lande to Hadelen also it vnse elderen vns hebbet van older tit gheervet, vortmer mit allen stucken, also vnse lant vnde vnse herschap beleghen is, vnde also we se nu suluen hebbet vnde besitten, vor Teyndusent March lodeghes silueres de vnse om greve Ghert medegaf vnser leven moder vor Elseben do se koning Eric nam to eyner vrowen. Vortmer were dat so, dat we na vnses leven omes rade nemen eyne vrowen, vnde na vnser vrunde rade vnde we kindere mit ere toghen vnde reycte erven, so ne schal greve Ghert vnde sine erven vs nicht be weren noch panden an vnser herschap vnde lande. Mer storue we vnde vse erven ane eruen, so schal vnse om greue Ghert van holsten vnde sine reycten erven vnse herschap vnde vnse lant holden vor eyn pant vor also vele gheldes also hir vor sproken is, vortmer toghen we doyctere bi vnser vrowen de schal greve ghert vnse om edder sine reycten erven beraden na vnser vrowen rade vnde sines sülues vnde oc siner erven rade, vortmer na rade vnser vrunde in beyden sit na vnseme dode, vortmer efte we leueden eder gheven vnser vrowen ghulde vnde liftucht makeden in vnseme lande, in welker ghulde we ir de gheuen vnde bescheyden, de schal se vnbeworen vnde vullentelіken beholden al de wile dat se levet, mer dat schal stan to willecore vnses leven omes vnde siner erven dat se de liftucht vnde de ghulde losen moghen so wanne se willen vmme penninghe, also it van vnses omes vrunden greue Gherdes vnde siner erfnamen vppe de eynen sit, vnde oc van vnser vrowen weghene vnde erer vründe vppe de anderen sit, vruntliken worde ghedeghedinghet vnde maket. Vortmer were jenich man de vnse lant vnde vnse herschap na vnseme dode mit

reyhte losen moyhte de schal se losen van vnseme vorsprokenen ome greve gherde edder van sinen reyhten erven vor Teyndusent march lodeghes siluers vnde oc vor also vele ghelbes also he ofte sine erven vnser vrowen bered vnde gheven hevet vor ir ghulde vnde ir liftucht, vortmer schole we de stede vnde man de dar wonet an vnser herschap vnde an vnseme lande vnder vs, vnseme ome greue Gherde vnde sinen erven huldeghen laten, wanne he edder sine erven dat eschen, wanne it vns in beyder sit beheghelich is. To eyneme tughe alle desser vorsprokenen dingh, so hebbe we hertoghe Albert von sassen vnse Ingheseghel henghet to dessem breve. Desse bref is ghegheven vnde screven Dusent jar dre hundert jar na godes bort an deme drittighesten jare des Manendaghes to paschen.

(Sigillum adest, pro parte laesum.)

In tergo:

Littere ducis Alberti saxonie super inpigneracione tocius dominii sui molnenburg comiti gherardo holtzacie.

LXX.

Verschreibung des Herzogs Erich von Sachsen über die Besitzungen in Smilow an den Bischof Marquard von Ratzeburg. 1331.

(Orig. membr. in Arch. Raceb.)

Nos Ericus Dei gracia dux Saxonie, Angarie et Westfalie Recognoscimus publice protestestantes, quod nos de nostrorum heredum consensu bona nobis in villa Poterowe a venerabili in christo patre ac domino domino Marquardo Raceborgensis Ecclesie Episcopo in reconpensam quarte partis ville nostre Smilowe assignata Eidem domino Episcopo pro centum et septuaginta marcis denariorum Lubecensium in nostros usus comissis resignavimus et presentibus resignamus unde quamvis nos aut nostros heredes continget redimere castrum Episcopus aut ipsius successores, dictam quartam partem ville Smilowe cum omni jure libere possidebunt quousque sibi aut suis successoribus tota predicta pecunie summa integraliter sit soluta. In quorum testimonium Sigillum nostrum duximus presentibus apponendum. Et nos Elizabeth ducissa Saxonie cuncta premissa de nostro consensu et voluntate facta protestantes presentem literam nostri sigilli munimine roboramus.[1]) Datum Lovenborghe anno M.CCC.XXXI. feria quinta post octavam Epyphanie Domini.

---

1) Das Siegel des Herzogs Erich ist das Reitersiegel, welches in der Gründl. Nachricht de dom. et advoc. Möllen t. VI. N. XLVII. a. und auch Westphalen mon. ined. IV. t. 14. N. 15. abgebildet ist.
Das Siegel der Herzogin Elisabeth ist groß. Die Fürstin im bloßen Kopfe mit langem Haar sitzt auf einem Stuhle ohne Lehne, hält in der Rechten den sächsischen Helm über den neben ihr stehenden sächsi-

LXXI.

Gerhard und Giselbert, Grafen von Holstein, entscheiden einen Streit über die Erbfolge in das Gut Stockelsdorf. 1331.

(Ex Originali. [1])

Gerardus et Giselbertus dei gracia comites holtsacie et stormarie. Vniuersis presencia visuris. Salutem in domino. Noueritis quod cum tres partes ville stochgholstorpe. et tres partes curie berghe. et tres partes molendini adiacentis que quidem bona sunt sita in terra nostra in parochia Renseuelde. ad quendam Johannem filium quondam Emelrici papen. per mortem eiusdem patris sui jure hereditario. et quarta pars eorundem bonorum omnium ad dominam Margaretham relictam prefati Emelrici legitime deuoluta fuissent, tandem dicto Johanne sublato de medio inter dominam mechtildem relictam hildebrandi hoppen materteram. id est sororem matris sepetacti Johannis. ex vna. et. herbernum filium fratris prenominati Emelrici ex parte altera orta fuit materia questionis. quis eorum ex hiis Duobus in supradictis bonis memorato Johanne defuncto secundum Jus terre nostre deberet succedere, Et cum huiusmodi causa coram dno Hassone Vòt prefecto Holtsacie qui wlgariter dicitur ouerbode, diucius agitata et ventilata, fuisset in locis et terminis ad hoc deputatis. Tandem iusticia exigente predicte domine mechtildi ista bona per eundem Johannem defunctum dimissa finaliter et diffinitiue adiudicata fuerunt et eciam assignata, quam quidem sententiam tamquam iustam cause cognitione prehabita nos ex certa sciencia approbauimus, ratificauimus et confirmamus. In cuius rei testimonium sigilla [2]) nostra presentibus sunt appensa. Datum anno Dm. m.ccc. tricesimo primo dominica qua cantatur quasimodogeniti.

---

schen gelehnten Schild, und in der Linken den pommerschen Helm mit einem großen Pfauenschweif über dem Wappenschild mit dem Greife.

1) Von Herrn Dr. Deecke zu Lübeck nach dem Original abgeschrieben.

2) Zwei Siegel. Ein großes in weißem Wachs: Liegender Schild mit dem Nesselblatt; darüber an zwei seitwärts hereinlaugenden Klauen ein Helm mit Fahnen rechts u. Pfauenfedern links. Umschrift † S. GHERARDI. DI. GRA. COMITIS HOLTZACIE. ET STORMARIE. Ein kleines Siegel in grünem Wachs: Dasselbe Nesselblatt, in dessen Mitte ein Greif: S. GHYSELBERTI COMITIS HOLTSACIE.

LXXII.

Vergleich der Grafen Gerhard und Johann von Holstein mit König Christof und seinem Sohne Erich von Dänemark, besonders über die gräflichen Pfandbesitzungen im Königreiche. 1332.

(Orig. membr. in Arch. Reg.)

In godes namen Amen. Wi Gherhard van der gnade godes greue tu Holsten vnde tu Stormeren betughet vnde bekennet in desseme opene breue, dat twischen den Edelen Herren Kunningen Cristofere vnde Erike van Denemarken vnde vnseme leuen vedderen greue Johanne van Holsten van der enen weghene, vnde vns van der anderen weghene, ghedegheдinget is en ganz sone. Desse vorbenomeden Kuninge scolen vns vnde vnsen rechten eruen setten tu eneme pande dat ganze Lant tu Nortjutlande vnde dat ganze Lant tu Fune mit Sloten vnde mit mannen, de in dessen landen beleghen vnde wonende sin, mit alle kunichlicheme rechte, mit nütter herscop also herren allernüttest herscop holen vnde hebben mughen, vnde mit rechte der Kerkenlene vnde aller ghestliken lene, de in dessen landen beleghen sin, vnde ganzliken mit aller nüt, rechte vnde bequemicheyt, also se desse lande vore hat hebben, vor hundert dusent lodheghe marc siluers Kolnescher wicht. Desse lant de moghen se losen vor dit vorbenomede siluer so wan se mughen vnde willen. Vnde scolen se losen tusamene vnde tu eneme male, vnde scolen dat siluer bereden dar id vns vnde vnsen eruen nicht entweret en werde, Vordmer scal vnse veddere Greue Johan losen vnde vnbeworren maken dat hus tu Hincegauele vnde de helfte des Landes tu Fune van Henneken Hummersbotle vor alsodane scult, dar dat hus vnde de helfte des landes Fune van vser weghene vore steyt. Oc scal vse vorbenomede veddere losen vnde vmbeworren maken dat hus tu Plöne vor alsodane schult, dar dat hus van vser weghene vore steyt. Desse lant vnde slote scole wi hebben also dat de Beltessunt twischen Fune vnde Selande de schede si, vnde dat Westerhaf tu Jutlande, vnde so wat twischen deme Beltessunde vnde deme Westerhaue begrepen is, id si klene eder grot, vnde de Olande, de bi dessen Landen bileghen sin. vnde alle dat je tu dessen landen leghen heuet. vnde benamen des Kuninges Fresen. scole wi vnde vnse rechten eruen hebben tu eneme pande, also hir vorgesproken is. Vnse veddere Greue Johan scal oc hebben al sin eruegut tu Jütlande vnde tu Füne vnbeworren. Hirumme scole wi vnseme vedderen weder laten dat hus tu Plone, also id vse veddere vs leth, mit mannen vnde mit guede, vnde scolen de man wedher an vsen vedderen wisen. vnde alle vangene an beyden siden de de scolen wesen ledich vnde los. vnde binamen Hertogh Otte vnde de Byscop van Burlum, vnde de biscop scal gheuen sine opene breue, dat he vp den Kuningh vnde alle de ene hulpen van nene vorderinge hebben mőghe. Vordmer Junchere Albrecht de Hertoghe van Sassen vse Om scal Ooslande hebben vnbeworren. Oc scole wi vseme vorebenomeden vedderen antwarden dat Lant tu Langelande vnde dat hus tu Traneker vnbewor-

ren mit alleme rechte, mit kerclenen vnde mit allen gheystliken Lenen, vnde so wanne die Kuninge Jutlande vnde Füne losen, so scal vse veddere vns eder vnseme Ome den Hertoghen van Sleswich Langelande weder antwarden vnbeworren. Oc scal de Kuningh vns weder antwarden dat hus tu Scandelborch, vnde de wile dat wi dat land tu Langelande vseme vedderen nicht antwart en hebben, so scal man dat hus tu Scandelborch vnde dat lant tu Erre antwarden twen eder dren vses vedderen mannen, de wi kesen willen vt sineme rade, de scolen dat hus vnde dat lant tu Erre holen tu vses vedderen hant, also lange bet wi vseme vedderen Langelande antwart hebben vnbeworren. Were ouer dat des vns not were, so scal dat hus tu Scandelborch vnse opene slot wesen tu al vnsen nöden. Vordmer scole wy vseme vorbenomeden vedderen helpen mit hundert mannen vp orsen binnen Denemarken, vnde dat selue scal vnse veddere weder dun, vnde so wanne vns vnse veddere Volc sent, deme scole wi sceppen kost vnde spise, vnde binnen deme Lande tu Holsten, gicht dat Lant jenich Here eder ander Man anvechten wolde, so scole wi vnseme vedderen helpen mit ganzer macht vp vnse eghene kost, win vnde vorlies. Vnde dat selue scal vnse veddere vns weder dun. Were oc dat die Koning desser Sone vns nicht holden en wolde, vnde se vns breke, vnde vns an vnsen panden vnde landen, de we hebben tu Denemarken, bewerren wolde, so scal vnse veddere vnse helper werden vp den Koning vnde vp al sine helpere, vnde dat selue scole wi vnseme vedderen weder don. Were oc dat de Koning eder jenich man vnses vedderen viant worde, so scole wi truweliken vnseme vedderen helpen, vnde dat selue scal vnse vedder vns weder dun. Vortmer scal vnse vorbenomede veddere Juncher Woldemars viant nicht werden, al de wile dat wi ene vordeghedinget, vnde vse Om scal vses vorbenomeden vedderen viant nicht werden weder. Vortmer scal vse vorbenomede veddere hebben sestich Laste korne gheldes de helfte tu Jutlande vnde de helfte tu Fune. Binnen desser vorebenomeden sone scal wesen binamen van der Kuninge vnde van vses vedderen weghene Her Offe Nickelsön, Her Eskel Krat, Her Knut Frise, Agho Hase, Hinrich Petersön, Hedhege, Peter Deken. van vser weghene Her Laurencius Jonsön, Her Peter vnde Her Anders Stiucge, Her Las Laurensön, Tymme Tymsön, Nickels Andersön, Bo Valke, Buege, Peter Broc, vnde ganzliken al vnse man vnde al vnses vedderen man an beyden siden, vnde aller malkes scal sin gut hebben so wor it geleghen is vnbeworren. Vortmer binnet desser sone dessem vrede van vnses vedderen weghene scolen wesen desse Herren, Hertoghe Erich van Sassen, Her Borchart de Bischop van Bremen, Juncher Albrecht van Mekelnborch, Greue Hinrich van Zwerin. van vser weghene Juncher Albrecht de Hertoghe van Sassen, Juncher Woldemer de Hertoghe van Sleswich, Greue Alef van Scowenborch. Vnde wi Junchere Woldemar en Hertoghe tu Sleswic betughet vnde bekennet, dat desse vorbenomede sone vnde die latinge des Landes tu Langelande van vnseme volborde vnde willen is, vnde tu ener vestinge desser vorbenomeden ding so hebbe wi vse yngesighel henget tu dessеme breue. Dat wi Greue Gherd alle desse dincg stede vnde vast holen, so hebbe wi eme en tru=

wen louet vnde vse ynghesceghel henget tu dessseme breue. Desse bref is gescreuen vnde geuen in der stat tu deme Kile, Dusent jar vnde drehundert in deme twe vnde drittegheſten jare na godes bort, des vrigedaghes binnen den achte daghen tu twelften.

(Sig. Waldemari Ducis et Gerhardi Comitis integrum.)

In tergo:

Litera Comitis Gherardi super inpigneracione terrarum Notjucie, Pheonie, Frisonum regis *), et tractatuum de Erria et Langhlandia.

LXXIII.

Herzog Erich von Sachsen überträgt nach seinem und seiner Gemahlin Tode das Patronat über die in der Kirche der neuen Gamme gestiftete Vicarie auf den Bischof zu Ratzeburg. 1332.

(Orig. in Arch. Raceb.)

Nos Ericus dei gracia dux Saxonie Angarie et Westfalie Recognoscimus et notum facimus in hiis scriptis, Quod jus patronatus in perpetua vicaria quam instauravimus in ecclesia nova ghamme et quam dominus Marquardus presbyter dictus Rike ad procuracionem nostram nunc habet nobis et uxori nostre dilecte domine Elyzabeth reservavimus, nobis vere dictaque domina uxore nostra dilecta mortuis apud heredes nostros hujusmodi jus patronatus non debebit manere, sed qui tempore Episcopus Raceborgensis fuerit dictam vicariam quocienscunque et quamcunque vacaverit conferre poterit et debebit. In cujus rei testimonim sigillum nostrum de mandato nostro presentibus est appensum. Testes hujus sunt discreti viri domini Olricus rector ecclesie in Lovenborch, Johannes de soltowe et hermannus perpetui vicarii in Lovenborch et capellani nostri et Luderus clericus et notarius noster. Datum lowenborch anno dni Millo. CCC. Tricesimo secundo feria quinta proxima post diem beate Katherine virginis.

(Sig. ducis equestre adpendet.)

---

*) vgl. Nordfriesland im Mittelalter S. 87. Suhm's Historie XII. S. 384.

LXXIV.

Tauschcontract der Grafen Johann und Conrad von Oldenburg mit dem Erzbischof von Bremen über gewisse Ministerialen. 1333.

(Orig. membr. in Arch. Reg.)

Noverint universi presentium inspectores, quod nos Johannes et Conradus dei gratia comites in Oldenborgh, dedimus damusque praesentibus in concambium venerabili patri domino borchardo sancte bremensis ecclesie archiepiscopo Robertum natum Meynardi juniorem dicti de Oldenesche, pro Willekino, nato Gherhardi militis dicti de Westerholte, ut idem Rotbertus jure ministeriali, quod nobis et nostro dominio ex innate sue parentele astrictus esse dinoscitur obsequio, sic nunc et deinceps eodem jure, dicti domini archiepiscopi sueque ecclesie obsequio mancipatus, hujus concambii permutacione pro evidenciori interfuerint testimonio strenui viri Thitlef dictus de Elmendorpe miles, Hermannus filius ejusdem militis, Helmicus de Aschwede, Oltmannus Mulo milites, Gherardus et Hermannus famuli dicti Braweren, sub quorum testimonio sigilla nostra presentibns sunt appensa. Datum Oldenborgh anno domini M. CCC. XXXIII. in vigilia beati Johannis baptiste.

(2 Sig. adpend.)

In dorso:
De commutatione quorundam ministerialium.

LXXV.

Herzog Waldemar von Schleswig läßt für den Fall seines unbeerbten Ablebens seine Mannen dem Grafen Gerhard von Holstein huldigen. 1333.

(Apogr. vet. in Arch. Canc. Slesvico-Hols.)

In nomine Domini Amen. Uniuersis Christi fidelibus presentem paginam uisuris seu audituris Woldemarus Dei gratia Dux Jutie in omnium saluatore salutem. Quia probabiliter uerum est, quod nihil certius est quam mors, et nihil incertius est quam mors, et nihil incertius hora mortis, Nos cupientes, quantum naturalis permittit industria, futuris malis et incommodis obuiare, et ea, in quantum possumus, precauere, non immerito etiam ad memoriam reuocantes, qualiter Nobilis vir

Dominus Gerhardus, Comes Holsatie et Stormarie, Auunculus noster dilectus, a puerilibus nostris annis, et ab illo die, quo dilecto Patre nostro Domino Erico quondam Duce Jutie orbati fuimus, propter nos, et occasione nostri, grauibus periculis, damnis rerum et corporis, atque debitis non modicis se inuoluit, et adhuc hodierna die magnis debitis et castrorum suorum obligationibus est detentus. Affectantes, pro huiusmodi seruitiis et fidelitatibus, nobis per dilectum Auunculum nostrum exhibitis et impensis, ipsum et heredes suos respicere laudabiliter et condigne, ut tenemur, ne ipse et heredes sui in periculis remaneant importunis, uoluimus et in presentibus uolumus, quod omnes et singuli vasalli nostri, Milites et Armigeri, sub districtu nostri Ducatus et Dominii habitantes sepefato Avunculo nostro Comiti Gerhardo homagium et fidelitatis juramentum faciant, conditione ista interposita, Quod si nos mori contingat absque herede legittimo, ut dicti Vasalli nostri omnes et singuli fideliter et constanter, sicut vasalli Dominis suis adherere tenentur, Et ista facere omnibus singulis vasallis nostris mandamus et iniungimus per presentes. Ceterum aduocatis et officialibus nostris, quibus nunc castra nostra commisimus, expresse dedimus in mandatis, et coram pluribus vasallis nostris ipsos iussimus, ut, si nos absque herede legittimo mori contingat, castra nostra nulli presentent, nisi Auunculo nostro predicto aut suis heredibus. Et hoc idem volumus, quod Aduocati nostri et officiales nostri faciant, quibus committimus castra nostra in futurum, et, quod hoc faciant, per presentes damus eis firmiter in mandatis. Preterea si aliqui de vasallis dilecti Avunculi nostri, aut ex famulis ipsius aliqui in terra nostra per nostros, quocunque etiam modo factum sit, durantibus guerris inter dilectum Avunculum nostrum et nostros Vasallos, proscripti sunt, illi pacem firmam rehabebunt, et eos paci restituimus per presentes. Insuper si aliqui Principes aut Nobiles, aut cuiuscunque dignitatis, conditionis, aut status existant, qui dictum Avunculum nostrum, officiales suos, aut quoscunque alios nomine suo in castris siue terris in Northiucia et Pheonia constitutos, ipsi Auunculo nostro inpignoratis, impedire, infestare, aut aliquantisper molestare vellent, Nos dilecto Auunculo nostro cum castris et vasallis nostris firmiter astare debemus, ipsique et suis auxiliatoribus, pro omnibus viribus nostris, fidele subsidium impendemus. Ceterum si dilectus Avunculus noster, pro defensione sua, aut pro aliis negotiis suis, familiam suam, suos vasallos, et quoscunque alios versus Northiutiam aut Pheoniam destinaverit, illos Nos et officiales nostri benigne promouere debemus, Nec aliquantisper permittemus, quod ipsis in reditu vel exitu aliqua molestia per nostros aut incuria inferatur. In quorum omnium euidens testimonium Sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum Anno M. CCC. XXX. III. in crastino beati Petri apostoli ad uincula.

LXXVI.

Graf Johann von Holstein-Stormarn bestätigt den durch seinen Vater geschehenen Verkauf gewisser Mühlengefälle an die Hamburgische Kirche. 1333.

(Orig. membr. in Arch. Reg.)

Vniuersis ac singulis presens scriptum visuris seu audituris, Nos Johannes dei gratia Comes Holtsacie et Stormarie, volumus esse notum, quod pater noster dilectus Dominus Gherardus, quondam Comes Holtsacie et Stormarie, pie memorie, vendidit ecclesie Hamburgensi sex marcarum redditus, ad vsus vicarie, per eum ibidem instaurate, de molendinis in Oldenuelde et Radeluestede, cum omnibus vtilitatibus, iuribus et prouentibus, annuatim soluendos, sicut in eiusdem patris nostri literis plenius continetur. Quare nos dictam vendicionem ex certa sciencia ratificantes, predicta bona seu molendina, cum hominibus ipsa possidentibus, sub nostra speciali protectione recipimus, inhibentes districtius sub obtentu nostre gracie et fauoris omnibus ac singulis nobis subiectis, ne dictam ecclesiam in prefatis bonis, aut ea possidentibus, aliqualiter impediant vel perturbent, sed eandem ecclesiam huiusmodi bonis et eorum vtilitatibus ac iuribus perfrui quiete permittant. Insuper adjicimus, quod nullus, in preiudicium et dampnum prefate ecclesie, iuxta dicta molendina, aliud molendinum de nouo construet vel parabit. In premissorum euidens testimonium, presentem literam sigillo nostro iussimus roborari. Datum Hamburg Anno Domini M. CCC. XXXIII. in die beati Laurentii martiris gloriosi. Testes aderant nobiles viri, Domini, Ericus electus Hildensis ecclesie et prepositus Hamburgensis, ac Adolfus Comes de Schowenburg, Daniel de Brunswich Canonicus Hamburgensis et Hinricus eius avunculus vicarius ibidem.

(Sigillum integrum adpendet.)

In tergo:

Super molendinis in Oldenuelde et Radeluestede pertinentibus ad vicariam comitum VI. marcarum.

LXXVII.

Die Gebrüder v. Hamme verkaufen an das Kloster zu Reinbeck die Dörfer Ober- und Nieder-Bockberg. 1333.

(Orig. membr. in Arch. Reg.)

In nomine sancte et indiuidue Trinitatis. Vniuersis ac singulis hanc literam visuris seu audituris Adam et Wedekinus fratres dicti de Hamme, armigeri, et Wedekinus filius Ade predicti, in vero salutari salutem, cum noticia subscriptorum. Vite breuitas et rerum varietas id exposcunt, vt gesta mortalium ne obliuione deleantur, scripturarum testimonio confirmentur. Hinc est, quod ad noticiam tam presencium quam futurorum cupimus peruenire, quod de consensu heredum nostrorum, et amicorum nostrorum consilio, vendidimus, dimisimus, ac resignauimus, pro Quadringentis marcis denariorum Hamburgensium, nobis in numerata pecunia persolutis, quas in vsus nostros necessarios conuertimus . . Preposito . . Priorisse et Conuentui sanctimonialium in Reynebeke superiorem villam Bocberghe et inferiorem villam Bocberghe, sitos in parochia Stenbeke, ad nos successione hereditaria spectantes, cum agris, cultis et incultis, pratis, pascuis, siluis, lignis, aquis, aquarum decursibus, terminis, ac cum judicio maiore et minore, et cum omnibus attinenciis suis, et generaliter cum omni vtilitate, commoditate, proprietate et libertate, sicut progenitores nostri ipsas tenuerunt, et nos easdem villas habuimus multis annis pacifice et quiete, perpetuis temporibus iure hereditario libere possidendas. Recognoscentes expresse, quod nec nos nec heredes nostri aliquid juris, vtilitatis, aut potestatis in dictis villis poterimus aut debebimus quomodolibet vsurpare. Protestamur eciam manifeste, quod super agris dictis Yvenboyen nos et heredes nostri dicto Conuentui in perpetuum nullam mouebimus actionem. Sed omne jus, si quod nobis vel heredibus nostris competit vel competere poterit in futurum, in agris iam dictis, prefato Conuentui totaliter dimittimus in hiis scriptis. Ceterum promittimus bona fide, quod ab omni iusta inbrigacione et impedimento, sique in dictis villis euenerint, nos et heredes nostri memoratum conuentum volumus et tenebimur releuare. Testes huius rei sunt, Dominus Luderus de Borstele miles, Johannes de Humersbutle, Hinricus et Hermannus de Tralowe, Swarte Wlf, Gherlacus de Witmolte, armigeri, et Johannes Stenwarde, ad premissa vocati. In euidens testimonium omnium premissorum sigilla nostra presentibus literis sunt appensa. Datum in Reynebeke Anno Domini M. CCC. XXXIII. in die sancti Martini confessoris.

(Sigillum primum laesum adpendet, reliqua duo desunt.)

LXXVIII.

Graf Johann von Holstein-Stormarn bestätigt den Verkauf der Dörfer Ober- und Nieder-Bockberg an das Kloster zu Reinbeck. 1333.

(Orig. membr. in Arch. Reg.)

Vniuersis presens scriptum visuris seu audituris Johannes dei gracia Comes Holtzacie Stormarie et de Schowenborch, in vero salutari salutem. Cum Adam et Wedekinus fratres dicti de Hamme, de nostro consensu et licencia vendiderint, dimiserint et resignauerint, pro iusto precio eis integraliter persoluto, Conuentui Sanctimonialium in Reynebeke, villas Ouerenbocberge et Nederenbooberghe, cum omnibus pertinenciis, vtilitatibus, iuribus, et libertatibus ad ipsas villas spectantibus, quas ipsi fratres et eorum progenitores in eisdem villis habuisse noscuntur, sicut in ipsorum eciam literis super hoc confectis expressius continetur. Nos huiusmodi vendicionem gratam et ratam habentes, ipsam tenore presencium confirmamus, et nichilominus omne jus et omnem libertatem et proprietatem, cum iudicio maiori et minori colli et manus, que nobis vel successoribus seu heredibus nostris competunt siue competere poterint in futurum, in prouentibus, agris cultis et incultis, pratis, pascuis, lignis, aquarum decursibus, et quibuslibet aliis dictarum villarum attinenciis et commoditatibus, prefato conuentui, pro anime nostre et progenitorum nostrorum remedio et salute dimittimus totaliter et donamus. Seruiciis, que dicuntur Borchwerch et lantwere, nobis saluis, quando ab omni terra nostra huiusmodi seruicia exiguntur. Insuper inhibemus districte aduocatis, Officiatis, et aliis quibuslibet, nobis subiectis, ne colonos predictarum villarum exactionibus, violenciis, seu quibuscumque aliis iniuriis et pressuris quomodolibet molestare presumant. Illos, qui huiusmodi nostre donacioni contraire presumpserint, tanquam voluntati nostre rebelles, a nostra gracia penitus excludentes. Ad maiorem autem euidenciam presentem paginam huiusmodi nostre concessionis sigilli appensione duximus roborandam. Datum et actum in Stenborch Anno Domini M. CCC. XXXIII. in die beate Cecilie virginis et martiris. Testes sunt, Marquardus Brocdorp, Ywanus de Reuetlo, Nicolaus Langhelowe, Milites, Dominus Daniel Canonicus Hamburgensis et alii plures fide digni, ad hoc specialiter vocati et rogati.

(Sigillum fere integrum adpendet.)

In tergo: Bocberghe.

LXXIX.

Graf Johann von Holstein-Stormarn bestätigt den Verkauf des Dorfes Stockelsdorf, des Hofes Berge und der Mühle daselbst abseiten des Thidemann Witte und der Wittwe v. Hildebrand Hoppen an Bertram Vorrad. 1334.

(Ex orig. membr.)

In Nomine Domini Amen. Johannes Dei gratia Comes Holtsaciae et Stormariae, Omnibus ad quos praesens Scriptum pervenerit, Salutem in Domino Sempiternam. Facta hominum ideo in scripta rediguntur ne a fragili memoria cito pereant et labantur. Noverint igitur universi praesentes et futuri, quod discretus Vir Thidemannus dictus Albus, Civis Lubecensis, et Domina Mechthildis, relicta Hildebrandi Hoppen bonae memoriae quondam Civis Lubecensis, de nostro ac haeredum nostrorum, et suorum proximorum beneplacito et consensu, ac consensu omnium quorum consensus fuerant requirendi, vendiderunt et dimiserunt rite et rationabiliter villam Stochelstorpe, Curiam Berghe, et molendinum adjacens ibidem, quilibet videlicet medietatis suae partem, quam in dictis bonis habebat, provido Viro Bertramo Vorrath Civi Lubecensi et suis veris haeredibus, pro precio, de quo Thidemannus Albus, et Domina Mechtildis praedicti tenent se pacatos penitus et contentos, cum omnibus attinentiis suis, agris videlicet cultis et incultis, pratis, pascuis, paludibus, et paludibus ex quibus cespites combustibiles fodiuntur, lignis rubetis nemoribus et arboribus omnibus, majoribus et minoribus, aquis, aquarumque decursibus, aquarum instagnationibus, et piscariis omnibus, viis et inviis, exitibus et regressibus, terminorum distinctionibus, ut nunc ipsa bona jacent, nec non cum omni jure, judicio supremo et infimo, et judiciis omnibus intermediis, cum omni proprietate, libertate, possessione, commoditate, fructu, proventibus et emolumentis inde derivantibus, nihilominus sicut olim fideli nostro Vasallo, Domino Borchardo de Otzhude, quondam militi, et postmodum eo Borchardo vendente Emelirico Papen quondam Civi Lubecensi felicis recordationis pertinebant, per quos gradatim diversis vicibus ordine successivo in Tidemannum Album et Dominam Mechtildim praedictos pleno Jure et Justicia legitime translata profitentur. Quae quidem bona, resignantibus nobis ea Thidemanno Albo et Domina Mchtildi praedictis suo et haeredum suorum nomine cum consensu et voluntate nostrorum proximorum haeredum et fidelium, ac omnium quorum consensus requirendi fuerant, contulimus dicto Bertramo Vorrath et suis veris haeredibus habenda et possidenda pacifice et

quiete, cum omnibus et singulis conditionibus supradictis, absque omni servitiorum, exactionum praestationum precariarum et vectigalium onere, sic quod ipsa bona nobis et nostris haeredibus ac successoribus irrequisitis, venditione, impignoratione, donatione, vel alia quacunque alienatione transferre valeant in Ecclesias seu monasteria, vel personas Ecclesiasticas aut temporales et seculares, ubi et quando viderint expedire, non obstantibus cujuscunque Ecclesiastici vel secularis judicis Sententiis, aut viri vel foeminae exceptionibus quibuscunque. Recepimus etiam eos in firmae protectionis et defensionis nostrae praesidium, cum omnibus bonis praenarratis: Renunciantes insuper pro nobis ac nostris haeredibus et sequacibus omni juri et actioni in saepe dictis bonis, nobis competentibus aut competere valentibus in futurum. — Nos etiam emptionem predictorum et omnia quae sunt praemissa, meliori et utiliori modo, quo possumus ratificamus et approbamus, et ea praesentibus plenius confirmamus. Ut autem praemissa omnia et singula rata et inconvulsa permaneant perpetuo, praesens scriptum nostro Sigillo fecimus firmiter roborari. Testes hujus sunt fideles nostri Nicolaus de Reventlo, Johannes de Kyl, milites; Bertramus de Cremon, plebanus in Boyzenborg, Protonotarius noster, Gerlacus de Wottmolte, Johannes Breyde, armigeri, et quam plures alii Clerici et Lajci fide digni. Datum Lubeke Anno Domini M. CCC. XXX. quarto, proxima sexta feria post conversionem Beati Pauli Apostoli.

LXXX.

Herzog Erich von Sachsen erklärt gewisse Besitzungen des Ratzeburger Capitels für bedenfrei. 1334.

(Ex libr. cop. Raceburg. II. p. XXX. VI.)

Nos Dei gracia Ericus Dux saxonie Angarie et Westfalie, presentibus publice protestamur quod dissensio, que movebatur inter capitulum ecclesie Raceburgensis parte ex una et fratres de Bralestorpe parte ex altera, eo quod illi de Bralestorpe precariam in bonis capituli in terra Wittenborch sitis sibi dari postulaverunt, ipso capitulo simpliciter denegante, in nobilem virum Hinricum Comitem Zwerinensem Suagerum nostrum dilectum et nos fuerat translata ut hujus materia dissensionis sopiretur. Nos igitur prehabitis collationibus et placitis cum comite prenotato pronunciamus, quod est juris, videlicet quod illi de Bralestorpe ammodo

nullam debent postulare in bonis capituli precariam, eo scilicet, quod capitulum suis privilegiis et litteris patentibus talia bona libera hactenus habuisse poterit demonstrare. Si tamen ex proprio motu sive ex speciali gracia ipsi comiti Zwerinensi aliquam donationem de ipsis bonis fecerint seu facere dignum duxerint illam illis de Bralestorpe seu quibusvis aliis quibus comiti visum fuerit expedire presentabit. In cujus evidentiam ad majorem cautelam ipsi capitulo hanc tradidimus litteram nostro sigillo sigillatam. Datum Raceborch anno Dni Millesimo CCC. XXXIIII. in cathedra St. Petri.

LXXXI.

Herzog Erich von Sachsen-Lauenburg, Graf Johann von Holstein und Stormarn, und die Städte Lübeck und Hamburg stiften einen vertragsmäßigen Landfrieden. 1334.

(Aus Krohn's Collectaneen.)

Wi Eric van der gnade godes. hertoghe tu Sassen. Engheren unde Westvalen. unde wi Johann van der sulven gnade Greve tu holzsten unde Stormarn, betughet un bekenet jn dessen apenen breuen: Dat wi mit den Erbaren unde wisen mannen. den radmannen unde borgheren tu Lubeke unde to Hamborch us des vorenet hebbet unde vorbunden. dat wi mit dessen vorsprokenen radt mannen unde borgheren unde se mit us enen steden gantzen vullenkommenen Vrede maket hebben unde scolet holden, unde de vrede steyt nu an, unde scal waren van synte Martens daghe de nu tu kommende is, vort aver en Jar. Dessen Vrede scal man holden truwelken unde untobroken Jn desse wis. Nen unser manne he si an welcher achte he si de usen willen dun unde laten will, scal rouen oder bernen ute deme enen lande in dat andere de an user herscap beseten sin. ok so en scal nymen rouede haue voren ut deme enen lande in dat andere de an user herscap beseten sin. were ock dat jenick man den anderen schuldechen wolde dat scal man us kundeghen unde daghen jewelk man sine herren, unde wi scolen darumme manen unde helpen eme dat eme lieke sce an minne oder rechte. Kunde eme denne nen lik schen van user maginghe vnde hulpe, so wat he darumme dun wolde, dat scal he darby siner heren rade, unde de scolen eme denne aller dinghe bistan. Vortmer nyman scal den anderen van de an usen landen beyden weghene beseten sin, unde nyman scal eren vanghenen vn holden de vnder vsen mannen unde twischen usen landen ghevangen sin, he en du dat bi siner heren rade. Vortmer worden borghere oder Koplude van Lubecke eder van Hamborgh eder utlandesche Koplude so vannen se weren

berovet vorvanghen binnen usen landen, den rovere scal man volghen mit eneme schrichte wente vor de veste dar de rovere up then, unde dar nicht van de veste er si tustoret unde ouer de lude an sie gerichtet de dar uppe sin unde daren schal men nene veste weder buwen. Were ok datjenich man rouede eder misdat dede unde vorvluchtig worde, unde queme vte deme lande, den man scal man voruesten beyde in Landen vnde in steden. Vortmer were datjenech man gut neme uppe der strate vnde vorde dat vppe sine veste vnde spreke dat he dat ghelden wolde, dat scal de man vor rof holden. Vortmer kumpt jenech scade van eneme waghene de gut voret, den scaden scal de waghen beteren unde nicht dat gut, Ok so scole wi vnde de vor benomeden radtmanne vnde borghere tu Lubecke unde tu Hamborgh vmme alle de ding vnde scaden de binnen vsen Landen, unde in den vorbenomeden steden tu Lubecke unde tu Hamborg binnen dessen vorsproken tit schen also hir vorspraken is nen user ane den anderen vnde ane desse vorbenomeden stede daghen eder sönen, It en si en ganz sone. Vortmer alle riddere vnde Knapen de in usen Landen vnde Herscup wonet, scolen holden Knechte dar se sekerlicke vor antworden mogten, wente were dat man jeneghes mannes Knecht schuldeghede vmme rof, brandt eder duve eder vmme andere scult, den Knecht scal de man unsculdig maken mit twelf mannen siner vrunt. Kan he des nicht don. man scal over ene richten also en recht is. Were ok dat jeneghes mannes Knechte scaden deden, vnde eme dat witlick worde, de Knechte scal de man sulwen hinderen vnde dar over richten, dede he dat nicht, he scal beteren vor de Knechte eder he scal sik vnsculdich maken mit twelf mannen siner besten vrunt, dat he rades unde dades vnsculdig sie. Were ok dat jenech man sineme vrende buten vsen landen helpen wolde, de ride buten vse land tu eme, vnde to eme hulpe vnde vore in vnse land nicht van roueder haue, bliue mit sineme vründe dar also langhe, bet sin orloghe sonet si. Vortmer bidde wi unde manen alle gude lude vnde sonderliken alle vse mannen, dat se hinderen lude de ane Heren sin vnde se driven vor us vnde vor use ammethlude dat man weten mogte wat ere vore si. Vortmer bidde wi vnde manen alle gude lude houeman vnde husman, dat se mit ereme schrichte volghen, so wanne se scaden vurnemen. It sy rof, vangnisse eder brant, we des nichten dede, de scal vorboret hebben sines sulves hals. Vortmer scole wi vnde de vorbenomeden radtmanne unde borghere volghen, malck deme anderen. In dessewis. Wi hertoge Eric vnde vse veddere Hertoghe Albrecht van sassen, scolen volghen mit vertich mannen, Greven Johanne vnde Greven Gerde, greven to Holsten vnde Innkhern Alue van scouenborg uude den vorbenomeden steden. Unde wi Greve Johan scolen mit Greve Gherde, unde mit Junkhern Alve usen vedderen hertoghen Erick vnde Junkhern Albrechte unde den steden vorbenomeden mit Achtentich mannen volghen, vnde vorsprokenen stede mit Achtentich mannen. Unde desse volghe vnde hulpe scole wi don malk deme anderen so wanne it man den anderen vore viertteynnacht tu wetende deyt. Were ok dat des not were so scole wi vnde Jungker Albrechte vnde Greve Gerdt vnde juncher Alf vorbenomeden malk deme anderen volghen mit gantzer macht, vnde de vorsprokenen stede scolen us tu hulpe

werden, und volghen mit eren bliden und werken. vnde wi scolen eft vse man he si we he si scal dar wesen velich lives vnde gudes tu unde vor, Unde sunderliken de dar hebbet veyle sake. Ok is in dessen deghedingen begrepen. Js dat Junker Albrecht van Sassen un Geve Ghert van Holszten vnde Junker Alf van Schowenborch eder erer welk dessen vrede mit us holden willet; so scolen se desse breve mit erer openen breven stedeghen. Tu ener betuchnisse desser vorbescreuenen dinge sint vse Inghe seghele tu dessen breuen ghehenget. Desse breve sint ghescreuen vnde gheven tu Lubecke in dat Jar vses Heren Dusent Drehundert in deme vier unde dritteghesten Jare des Sunnendaghes vor synte Mertens daghe.

LXXXII.

Des Erzbischofs Burchard von Bremen Quittung für den Grafen Johann von Holstein wegen einer abbezahlten Schuld. 1335.

(Orig. membr. in Arch. Reg.)

Nos Borchardus dei gracia Sancte Bremensis ecclesie archiepiscopus recognoscimus et per presentes firmiter protestamur, quod nobilem virum dominum Johannem comitem Holtzacie suosque confidejussores milites et famulos, qui nobis et militibus nostris promiserant pro quadringentis marcis puri argenti, nobis integraliter persolutis, quitos liberos dimittimus et solutos per presentes. Recognoscentes nichilominus quod litere nobis super dictis quadringentis marcis date mortue sunt penitus et extincte. In cujus rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum Buxtehude anno domini millesimo CCC. XXXV. in die septem fratrum.

(Sig. adpend.)

In dorso:

Episcopus Bremensis quitat dominum Jo. comitem Holtzatie de CCCC. marc.

LXXXIII.

Herzog Albert's zu Sachsen und seiner Gemahlin Beate Verkaufsbrief über eine Rente an den Vicarius der Capelle zum heil. Geist in Möllen, die von den Aufkünften der Schleuse auf der Steckenitz bei der Steinburg jährlich erhoben werden soll. 1336.

(Orig. membr. in Arch. Civ. Mölln.)

In nomine Domini amen. Albertus Dei gratia Dux Saxonie, Angarie et Westphalie, Universis praesentia visuris vel audituris salutem in Domino. Ad notitiam rei geste Noverint universi, tam praesentes, quem futuri, quod nos, bono consiliariorum nostrorum de consensu et bene placito Uxoris nostre Domine Beate vendidimus rite et rationabiliter discretis Dominis Alberto Albo perpetuo vicario Capellae Domus Sti. Spiritus in Molne et Nicolas Rectori ecclesiae in Nuze, Decano Fratrum Calendarum ibidem, pro se et ceteris suis confratribus calendarum, ementibus, recipientibus decem marcas vel reditus denariorum Lubicensium ad dotem perpetuae vicariae dictae Capellae, pro centum et triginta marcis denariorum Lubicensium Nobis numeratis et integre solutis ac in utilitatem nostram et praedicte Uxoris nostre conversis, quos quidem redditus decem marcarum idem Dominus Albertus quamdiu vixerit et quicumque post obitum ejus praedicte capelle perpetuus vicarius pro tempore fuerit, de aquaductu in Stekenitze prope villam Stenborg [1]) facto, dicto Szlüze, in perpetuum singulis annis sine aliquo diminutione s. impedimento integre et expedite percipient et habebunt sic videlicet quod quicumque dicte Capelle perpetuus vicarius fuerit, per se vel per nuncium suum, quem ad hoc deputaverit dictos redditus in crastino assumptionis beate domine virginis, de proventibus dicte Szluzen venientibus incipiet colligere, percipere, manens in hujusmodi collatione perceptione sine impedimento cujuscumque, quousque dictos redditus decem marcarum collegerit et habuerit integre et ea tote, et ejus patronatus praedicta uxor nostra quam diu vixerit obtinebit et ea mortua quaecumque antiquior Domina nostri Ducatus extiterit idem jus patronatus habebit et pro nobis et pro nostris heredibus, in his scriptis promittimus bona fide quod nunquam vicario dictae Capellae super dictis redditibus per nos vel per alios litem inferemus vel inferentibus consentimus sed praedictum vicarium quicumque pro tempore fuerit, ad percipien-

1) „Stenborg lag am Ausflusse der Steinau in die Steckenitz, in der Gegend der jetzigen Donnerschleuse, und heißt daselbst noch jetzt ein Hügel der Steinburger Berg, wahrscheinlich befand sich auf selbigem die alte Stenborg, welche man irrig für die Steinhorst im Amte Steinhorst gehalten hat."

mus nec unquam debebunt vendere, obligare, vel locare, aut donare alicui alteri dum dictos redditus decem marcarum cum omni fide et exacta diligentia defendemus redditus ante dictos: Renunciamus ergo pro nobis et nostris heredibus omni exceptioni, actioni et juris civilis et juris ecclesiastici beneficio et auxilio, per quae praedicta venditio possit unquam in judicio vel extra judicium infringi aut quomodolibet impugnari et in testimonium omnium praemissorum sigillum nostrum de mandato nostro praesentibus est appensum. Et Nos Beata, dei gratia Ducissa Saxonie Angarie et Westphalie, uxor illustris principis Alberti Ducis Saxonie praedicti, omnibus et singulis praemissis plene consentientes in testimonium consensus nostri praemissis adhibiti, Sigillum nostrum praesentibus duximus opponendum. — Testes hujus rei sunt strenui viri Dethlevus et Walravenus de Duvensee fratres, Johannes Scarpenberg et marquardus Wulf milites Scorpenberger et Johannes Busche famuli et alii quam plures fide digni, ad praemissa vocati specialiter et rogati. Datum et actum Molne anno domini 1336 in vigilia assumptionis beate Marie virginis.

(Sig. adsunt.)

LXXXIV.

Die Gebrüder v. Hudenberg übertragen mit Einwilligung der Betheiligten die Lehnsherrlichkeit über gewisse Ritterlehen an den Grafen Gerhard von Holstein. 1337.

(Orig. membr. in Arch. Reg.)

Universis Cristi fidelibus presencia visuris seu audituris Hinricus, Thydericus, et Hermannus, fratres, Luthardus et Hermannus fratres, dicti de Hudenberghe, in domino salutem et rei geste agnoscere veritatem. Nouerit tam presesencium etas, quam futurorum felix successio, quod nos, requisitis omnibus, qui in hac parte fuerant requirendi, pro nobis et nostris heredibus, natis et nascituris, omne ius bonorum nostrorum pheodalium, cum quibus milites aut armigeri a nostris progenitoribus inpheodáti dinoscuntur, in quibus etiam nobis merum ius inpheodandi competebat, vbicumque sitorum, in Nobilem virum Dominum Gherardum Comitem Holtzacie et Stormarie suosque heredes natos et nascituros meliori et vtiliori modo quo possumus transferimus, ipsique ac suis heredibus ius predictum in perpetuum resignamus, ipsum eciam ac suos heredes veros dominos inpheodandi de bonis predictis in presentibus approbamus. In quorum omnium euidens testimo-

nium Sygilla nostra presentibus sunt appensa. Datum et actum anno domini M. CCC. XXX: septimo in die sancte Epyphanie domini.

(Tria sigilla adsunt.)

In tergo:

Resignatio illorum de Hudenberghe transferentium ius bonorum pheodalium in principes.

LXXXV.

Herzog Albert von Sachsen überträgt an eine Vicarie zwei Hufen im slavischen Klinkrode. 1337.

(Ex orig. Arch. Raceburg.)

Universis presencia visuris vel audituris. Albertus Dei Gracia Dux Saxonie, angarie et westphalie Salutem in omnium vero salutore. Ne acta hominum oblivio effuscet digne eo stilo scripturarum aut testium fideli presidio duximus communiri. hinc est. quod voluntate et consensu accedentibus omnium nostrorum quorum interest. aut interesse continget in futuro. ob remedium anime nostre et nostrorum progenitorum. duos mansos in sclavicali Clincrode quos pronunc colunt et inhabitant filii dicti westphalis, appropriamus vicarie beati magni in notze cum omni libertate et jure quo iidem mansi ad nos a nostris progenitoribus dinoscuntur fore devoluti. et protestamur eosdem mansos ac ipsam vicariam temporibus perpetuis sine reclamacione aliquali nostrorum successorum aut aliarum personarum pertinere. Sed vicarius ejusdem vicarie aut suus successor bis in quolibet anno Molne cum aliis nostris beneficiatis sacerdotibus veniet vigiliis et missis memoriam nostrorum progenitorum sollempniter peragendo. In cujus rei testimonium Sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum Molne anno domini millesimo CCC. Septimo in die beati Mychaelis archangeli.

(Das abgefallene Siegel, das an einem Pergamentbande hing, ist das große Reitersiegel. Das Rücksiegel enthält den gelehnten Wappenschild mit dem Helm auf der Ecke und der Umschrift: S. ALBERTI DUCIS SAXONIE.)

LXXXVI.

Graf Gerhard von Holstein und Stormarn belehnt im Bremischen Johann v. Hude. 1337.

(Orig. membr. in Arch. Reg.)

Uniuersis et singulis presentem litteram inspecturis Gherardus dei gratia Comes Holtsacie et Stormarie. Salutem in domino sempiternam. Nouerint uniuersi, quod omnia bona sita in villa Herstede, que quondam Conradus de Perda ciuis Bremensis et uxor eius Domina Osteke a progenitoribus nostris et nobis in pheodo habuerunt, contulimus et presentibus conferimus strenuo Armigero Johanni de Huda, eorum genero, suisque veris heredibus, cum omnibus attinenciis suisque terminis prout nunc jacent et hactenus jacebant, cum fructibus, redditibus et singulis obuencionibus, ex quacunque causa de dictis bonis prouenientibus, cum omni jure, utilitate, commoditate et libertate, quemadmodum predicti priores horum bonorum possessores retroactis temporibus dinoscuntur utilius et liberius habuisse, jure pheodali a nobis et nostris heredibus habenda et pacifice possidenda. In cuius collacionis testimonium Sygillum nostrum presentibus duximus apponendum. Datum anno domini Millesimo trecentesimo tricesimo septimo, die beati Martini Episcopi.

(Sig. adest laesum.)

In terge:

Collacio bonorum in Herstede pheodalium Johannis de Huda.

LXXXVII.

Friedensschluß und Sühne zwischen dem Erzbischof von Bremen und den Grafen von Delmenhorst und von Oldenburg einerseits, und dem Lande Rüstringen andererseits. 1337.

(Orig. membr. in Arch. Reg.)

In nomine domini Amen. Universis presentes litteras inspecturis seu audituris Borchardus dei gratia sancte Bremensis ecclesie archiepiscopus sempiternam in domino salutem et rei geste agnoscere veritatem, Noveritis quod nos pacem ex corde amantes diuina nobis ad hoc auxiliante gratia cum adiutorio et consilio dilectorum nobis consulum civitatis Bremensis, discordiam, que diu durauerit et damp-

nabiliter iisque in presentem diem steterat, inter Nos et Nobiles viros dominos Johannem et Christianum in Delmenhorst, Johannem et Conradum in Oldenborch, comites, ex una, ac honestos et discretos viros Judices et uniuersum populum tocius terre Rustringie parte ex altera de consensu dictorum comitum et frisonum per amicabilem compositionem et perpetuam sonam seu concordiam sopiuimus in hunc modum. In primis videlicet diffiniendo pronunciamus, quod nos Borchardus archiepiscopus et comites predicti viginti quatuor milites et famulos nostros compositores duximus statuendos, similiter frisones predicti viginti quatuor personas ex parte eorum statuerunt, Qui quidem compositores per nos et ipsos frisones electi et constituti, conuenient, et omnem dissensionis materiam quocunque modo subortam infra biennium infra scriptum decident et totaliter terminabunt, Si uero, quod deus avertat, predicti compositores concordare non potuerint, tunc stabit ad nos archiepiscopum predictum, et ad religiosos viros in Rastede, et in Huda Monasteriorum abbates, et ad honorabilem virum dominum Reynardum prepositum Rustringie et ad discretos viros consules ciuitatis bremensis et ad prouisorem in Loculete, ac ad quatuor presbyteros de Rustringia, Ita quod quidquid nos predicti de communi consensu comitum et frisonum predictorum super compositores predictos electi diffiniendo dixerimus faciendum, hoc ratum et firmum ab utraque parte seruabitur inconcusse, Ut autem cum bona temporis maturitate terminari possint per supradictos compositores omnia supradicta, pronunciamus firmas pacis treugas ex utraque parte, a festo beati petri ad cathedram nunc instanti per duos annos proximos tam in terris quam in aquis duraturas inviolabiliter cum compositione predicta, que infra et post dictos duos annos in perpetuum permanebit. Item castra et municiones omnes tam comitum quam frisonum ob istas guerras constructas, destruendas pronunciamus, et de nouo nullas alias construendas, preter duo castra, quorum dictum Coneuort, comites, et reliquum Deluesdam nominatum frisones obtinebunt. De quibus quidem duobus castris nulla dampna medio tempore vel spolia committantur, finitis vero duobus annis predictis, consumatisque et reformatis omnibus per predictos compositores, infra dictum biennium super quibus fuerat discordia inter predictas partes prenominata duo castra totaliter destruantur, et populus nostrarum et dictorum comitum terrarum cum frisonibus et frisones cum nostris hominibus perpetue pacis et firme composicionis vinculo congaudebunt, Ita quod ipsi terras suas colere, aggeres reparare, et alia quelibet negocia libere poterunt in invicem exercere. Ceterum ut tollatur omnis occasio per quam dicta compositio posset interrumpi, ordinamus, quod si ex casu, et absque omni maliciosa deliberatione aliquis saxo a frisonibus vel aliquis friso a saxonibus occidatus, talis

occisus pro viginti marcis bremensibus argenti et ponderis persoluatur, et preter hoc dicta composicio rupta nullatenus reputetur. Est etiam conditionaliter adjectum, quod si, quod absit, memorati comites frisonibus Rustringie composicionem predictam notorie infringerent, et moniti infra mensem tunc proxime sequentem satisfacere non curarent, Ex tunc Nos archiepiscopus vna cum capitulo nostro bremensi, nec non cum nobilibus viris Gherardo in hoya, Henrico in Nyenbrochhusen et Rodolpho in stotle comitibus, ac cum domino Rodolpho domino de depholte et civibus bremensibus de voluntate et consensu comitum et frisonum nobis per eosdem in hiis scriptis prescitis predictorum comitum in delmenhorst et in oldenborch absque eorum displicentia inimici fieri debebimus dictis frisonibus assistendo et id ipsum per omnia memoratis comitibus faciemus fideliter contra frisones vel eorum quoslibet tam comites quam frisones dictam composicionem infringentes, si moniti non satisfecerint, prout superius est expressum. Preterea, ut raptoribus via spoliandi penitus precludatur, Volumus et ordinamus, quod quicunque, siue friso siue saxo fuerit, qui ciuibus bremensibus et mercatoribus aliis quibuscunque wiseram intrantibus, et exeuntibus de orientali vel occidentali terris spolium intulit et spoliator hujusmodi monitus infra mensem proximum spolium ipsum non restituit vel coram nobis infra dictam mensem in justicia responsurus supradicto spolio non comparuerit illius spoliatoris nos archiepiscopus et comites predicti una cum frisonibus et omnibus bremensibus, ac ipsi cives bremenses et frisones una nobiscum usque ad restitutionem spolii erimus unanimiter inimici, volumus insuper nobilem virum Rodolphum comitem in stotle et ipsius terram in compositionem predictam et in omnibus ipsius compositionis articulis firmiter comprehendi. In quorum omnium testimonium nostro et capituli nostri bremensis sigillis fecimus presentem paginam communiri, Et nos dei gracia Johannes et Christianus in Delmenhorst, Johannes et Conradus in Oldenborch comites, nec non judices et universitas totius terre Rustringie predicti, quia in premissam compositionem per venerabilem presbyterum et dominum nostrum dominum Borchardum archiepiscopum bremensem predictum de consensu nostro ordinatam et pronunciatam consensimus, et in hiis scriptis compositionem ipsam ratificamus et approbamus et articulos in ipsa contentos fidedata in inuicem observare in hiis scriptis promittimus, sigilla nostra una cum nobilium virorum Gherardi in hoya, Henrici in Nyenbrochusen et Rodolfi in stotle, comitum, ac nobilis viri domini Rodolfi de depholte et Consulum ciuitatis bremensis sigillis presensibus duximus apponenda. Nos quoque Gherardus in hoya, Henricus in Nyenbrochusen et Rodolfus in stotle comites, Rodolfus dominus de depholte et consules civitatis bremensis ad plenam euidentiam omnium premissorum eciam sigillis nostris roboravimus presens

scriptum. Datum et actum in Aschwerdergroden sub anno domini Millesimo CCC. Tricesimo septimo. feria secunda proxima post festum beate Lucie virginis.

(5 sigilla adhuc adpendent.)

Gelegentlich möge auch die nachstehende wichtige Urkunde, die ihrem Inhalte nach geschichtlich hierher gehört und bisher ungedruckt geblieben ist, vom 24. Februar 1260, hier Raum finden. Sie ist, wie die obige, von dem Herausgeber nach der pergamentenen Urschrift im Geh. Archive zu Kopenhagen abgeschrieben worden, und lautet folgendermaßen:

Uniuersis Christi fidelibus hanc paginam inspecturis Consules, Sedecim, et tota terra Rustringie salutem in eo, qui est salus omnium. Scire uolumus tam natos quam nascituros, quod Stedingi trans Huntam habitantes, cum ad graciam venerabilis domini nostri Hildeboldi sancte Bremensis Ecclesie Archiepiscopi et Ecclesie redirent, iurauerunt, quod numquam se Archiepiscopo Bremensi et Ecclesie opponerent, iurauerunt eidem Archiepiscopo et Ecclesie fidelitatem perpetuam seruare, iurauerunt Stedingos Transhuntanos, qui obedire contempnerent, tamquam inimicos mortales uitare, et tamquam inimicos cum Archiepiscopo et Ecclesia Bremensi usque ad exterminium exstirpare. Adiicientes, si predictorum iuramentorum in aliqua parte transgressores inuenirentur, quod ipso facto fauore nostro et amicicia sint perpetuo spoliati. Nos igitur negocio tam fauorabili et fructuoso operam quam possumus impendere volentes, vt suo robore perseueret sine fine, presenti scripto Sigillo nostro roborato bona et inuiolabili fide promittimus. Quod si predicti Stedingi in aliquo articulo de premissis iuramentorum suorum transgressores inueniantur, quod ipso facto omni fauore nostra et occulta amicicia et manifesta sint spoliati, et ipsos tamquam inimicos mortales cum Archiepiscopo Bremensi et Ecclesia prosequemur. In cuius tesimonium et munimen presens scriptum Sigillo nostro duximus muniendum. Datum in Rustringia die beati Mathie apostoli Anno Domini M. CC. LX.

(Sig. abest.)

In tergo:

Littere Consulum et terre Rustringie de Stedingis Transhuntanis in gratiam Hildeboldi receptis. Ao. 1260.

LXXXVIII.

Graf Johann von Holstein bezeugt und bestätigt die Dienstfreiheit der Untergehörigen des Klosters zu Reinfeld. 1338.

(Cop. vet. ausc. in Arch. Canc. Slesvico-Hols.)

Johannes Dei gratia Comes Holtzatie et Stormarie, ac Lalandie et Ymbrie Dominus, Vniuersis et singulis nostris fidelibus dilectis, militibus, militaribus, vasallis, aduocatis, subaduocatis, nunciis etiam illis qui Ouerboden nuncupantur, aliisque subditis nostris uniuersis in dominiis nostris vbilibet constitutis, Salutem in domino sempiternam. Notum facimus vobis per presentes, quod Abbas, Conuentus ac Monasterium in Reinefelde, Cisterciensis Ordinis, sic sunt a progenitoribus nostris perpetuo priuilegiati et confirmati, quod omnes et singuli coloni ac villani ipsorum ab omnibus vecturis, servitiis et expeditionibus publicis ac priuatis, et a quarumcunque urbium, castrorum, pontium, fossatorum, atque aliarum munitionum reparationibus et aedificationibus perpetuis temporibus esse et pacifice permanere debebunt liberi et exempti. Illa sola communi defensione terre, quam Landtwere vocant, taliter excepta, quod rustici ac villani in villis ipsorum pro tempore demorantes, solummodo infra fines terre Holtzatie et non ultra cum ceteris ejusdem terre incolis ad eandem communem defensionem se communiter opponere teneantur. Sed domestici, familiares, seruitores, laboratores ac mercenarii, nec non molendinarii, rotifices, carbonistae, et secatores lignorum eorundem Abbatis et Conuentus, atque grangiariorum et officialium suorum ab huiusmodi communi terre defensione et ab omnibus et singulis aliis grauaminibus prenarratis, et etiam ab omnibus precariis et exactionibus semper liberi et exemti manebunt. In quorum omnium ac singulorum firmam fidem et testimonium fidele Sigillum nostrum presentibus scienter est appensum. Datum Anno Domini M. CCC. XXX. octauo, in festo beatorum Tiburtii et Valeriani martyrum gloriosorum.

LXXXIX.

Herzog Waldemar's von Schleswig Verschreibung über die Vermählung seiner Schwester Heilwich an König Waldemar von Dänemark. 1340.

(Orig. membr. in Arch. Reg.)

Wi Woldemar van der Godes gnade Hertoghe to Sleswich, bekennen in dessem apenen breue, alle den de en sen vnd horen lesen, dat wi vns mit dem hocheborne Vorsten Hern Woldemer Konink to Denemarken vnsen Heren vmme allen schelinghe vnd twedracht, te twischen vns beydent siden wente her to ghewesen is, lefliken vnd gutliken vorenet vnd berichtet hebben, in der beschedenheit alse hir na bescreuen steyt: To dem ersten male so schole wi deme vorbenomeden vnseme Heren deme hochgheborne Vorsten vse Suster Heylewich gheuen, vnd antworden, vppe den neghesten Sondach vor Pinksten, de nu neghest kumpt, vnd er medegift scal wesen ver vnd twintich mark lodyghes Suluers, de wi af slan scholn an den hundert dusent marken, dar Vune vnd Jutlande vor stan, so bliuet nochten Vune stande en vndvertich dusend mark lodyghes Suluers mit den ven de dar to horen, so bliuet Jutland pandes stande vor vif vnd drittich dusent lodyghe mark, Sunder Alborch, dat wi vnseme Heren deme Koninghe mit Wendeßusel, Hummerzsusel, Dudezsusel, vnd mit Haneherde, de he mit alleme Koninghesllikeme rechte hebben vnd besitten scal ane vortoch antworden scolen, eme scholen ok de houet lude, de de Slote inne hebben der lande, sweren vnd huldyhen alse ereme rechten Heren. Wen dar de huldinghe ghescheu is, so scal he se weder an vns wisen to eneme pande, an der wise alse hir vor besckreven steyt. Vortmer so scal he losen Jutlande vor dat ander del, wen dat verde del der summen betalt is, so scal dat verde del des landes los wesen, mit den Sloten de dar to horen, de schole wi den antworden vseme Heren deme Koninghe, de vor benömet is, vn weme he se hebben wil, weme den de Slote antwordet werden, de scal vor wissenen, oft vnse Here de Konink sine deghedinghe breke, dat he sik an vs holde mit den Sloten bet an de stunde, dat he de broke ganzliken weder dan heft. Were ok dat wi vnse deghedinghe breken, so scolen sik vnse ammetlude der Slote de vns to pande stat to Jutlande mit vsemen guden willen holden an den vorbenomeden vsen Heren den Konink, bet an de stunde, dat wi vsen broke ganzliken weder dan hebben. Wer ok dat vs des duchte, dat vse Here de Koninnk sine deghedinge breke, vnd nicht weder dede, vnd wi ene dar vmme maneden, vnd he dar weder spreke, dat scal stan vppe den hochgheborne Vorsten Hertoghen Albrechte van Sassen vsen Ome, den wi an beyden siden vnser broke to eneme ouermanne ghekorn hebben. Welken vnseme he dat vnrecht sprekt na dem alse de deghedinge twisghen vns stat, de scal dat binnen ver wekenen na dem daghe alse he dat recht sproken heft weder dun. Orde he des nicht, so scholen de ghene, de de vesten inne hebben, sik ane vordachtnisse holden an den de vorvnrechtet is, bet an de stunde dat im weder

dan wert, alse dem vorbenomeden Hertoghen vser beyder ouer man recht duchte, vnd dat he io binnen ver weken spreken scal. Vnd were it ok dat de ghene de beseghet worde binnen ver weken sinen broke nicht ganzliken weder dede, so schöllen alle de Heren de an beyden siden de deghedinghe louet hebben, vp ene ane arghelist to hulpe wesen also langhe, dat het ganzliken weder dan heuet. Ok scolen de Slote vppe Jutlande vseme Heren deme Koninghe de vor bescreuen is, vnd sinen ammetluden, to allen sinen noden open wesen, wanne eme des lustet. Dat erste der losinghe, dat scal sin Kalfö mit dem verdendele des landes. Dat andere scal sin Horsenez mit dem verdendele des landes. Dat dritte scal sin Koldinghe mit dem verdendele des landes. Dat leste scal sin Rypen mit dem verdendele des landes. Oc scole wi vp boren alle suluer bede to Jutlande, it si an korne, an specke, an botteren, bet an den dach, dat wi hebben vif vnd drittich dusent mark lodighes suluers, dar wi mede vse Slote vnd lant losen scoln, de wi vor vnsen Heren den Konink hebben vt ghesat desse bede vp to borende, dar scal man enen Scriuer vnd twe man to wisen van des Koninghes weghene, vnd enen Scriuer vnd twe man van vser weghene, dese bescriuen vnd vs antworden to der losinghe alse hir vorbescreuen is, sunde Suluerbede, de dar to Hymmerzusel vallen mach, de scal vnse Here de Konink ane hinder to siner kost beholden. Were ok dat vnse Here de Konink vser eder der Holsten Heren denstis bedrofte, so schole wi eme to samende denen vnd helpen, mit verhundert mannen mit helmen, bedrofte wi ok siner helpe vnd denstes, so scal he vns weder mit ver hundert mannen mit helmen vnd de to hulpe wesen. Vnd steyt an sinen willen, oft he vns de kost gheuen wil, und se weder van vns nemen. Drofte ok vser en des anderen hogher, de sal em volghen mit alle siner macht an alle arghe list. Wanne ok de hochtit vul toghen wert, vnd he by vser Suster slapen heft, so scal er to lifghedinghe volghen Rypen hus vn Stat, mit tollen, molen, mit alle der vrucht de dar licht binnen der Stat, vnd mit der munte, alse de Konink Kristoffer, dem Got gnedich sy, hat heft, ok scoln dar to horen de werdere, de bi des suluen Koninghes tyden dar to ghelegen hebbet. It scal ok to vser Suster lifghedinge ligghen de ver herde, de by Konink Erikes tyden dar to gheleghen hebbet, vnd half Wardesysel, mit der Vischerye, de dar to hort. Vortmer weme de Slote van vns befolen werdet, de scal hulden vnd sweren deme Koninghe, alse hir vor gescreuen steyt. Weret dat man em de huldeghinghe nicht ghelouen wolde, so scal he vere siner vrunde setten, deme man des ghelouen mach. Vortmer so schole wi den Byscop van Arhusen nicht mer hinderen an liue, an gude, noch an sineme Stichte, vnd de sine, de in dem Stichte vnd dar buten ghut hebben. Vortmer so scole wi ok Ryddere vnd Knapen, Lant vnd lude, werlik vnd Ghestlik, vnd des Koninghes dener, wo se ghenant sin, de mit eme vordreuen sin van erme gude, bi rechte, dat se bewisen moghen, laten bliuen, vnd vnd er gut, dar se recht to hebben, laten bruken. Ok scal vnse Here de Konink vnd wi alle den ghenen de weder en vnd sinen Vader vnd vns ghebroken hebben, de sich to sinem vnd vnseme denste beden, vorgheuen alle stucke, ok scal de vorbenomede vse Herre de Konink, an vseme dele des Landes to Wartsusel, wen he sin lant to Nortjutlande loß eder gheloset heuet,

nichtes hinderen, sunder wi scolen it beholden to eruende mit alleme rechte, also alse dat Greue Johan vnd Greue Ghert van Holsten vnd sine Sone ghehat hebben, bouen alle desse dink, oft Got van himmelrike vnsen Heren den Konink van desser werlde neme, des Got nicht en wille, eer he Ripen mit deme dat hir vor benomet is losede, so scal vse Suster Heylewich dat hus to Alborch mit alleme rechte mit aller nut, de dar to hort, vnd mit Wendesusel vnd hymmerzsusel vnd Dudesusel vnd Haneherde mit alleme rechte, alse dat ghehat heuet de Konink vnd andere Heren, dat scal se to rechteme lifghedinghe besitten vnd beholden, de wile dat se leuet. Dat wi alle desse vorscreuene deghedinghe ane arghelist stede vnd vast holden, dat hebbe wi mit guden truwen ghelouet, vnd vp den hilghen ghesworen, vnd hebben darvor to borghen hat den hochgebornen Vorsten Hertoghen Albrechte van Sassen, Greuen Hinrike, Greuen Clause, de Greuen van Holsten, Greuen Alf van Schowenborch, vnd Greuen Corde van Oldenborch, vnd wi, de vorbenomeden Heren vnd de borghen hebben dat mit guden truwen ghelouet vnd louen dat in dessеme breue deme edelen Herren vnse Herren deme Koninghe Woldemer van Denemarken, vnd to siner hant loue wi deme hochgheborne Vorsten Marchgreuen Lodewig van Brandeburch sinem Swaghere, Hertoghen Barnem van Stetyn, Greuen Olrike van Lindowe, Ghuntere vnd Ghuntere den Greuen van Swartzeborch, Hern Albrechte deme edelen Heren van Mekelenborch, dat wi alle desse vorghescreuenen sake ganz vnd stede holden willen an arghe list, so hebbe wi dar ouer vnse inghesеghel mit vnser guden witscop ghegheuen, an dessen bref, to ener thughenisse. Desse bref is ghegheuen vnd ghescreuen to Lubeke na Godes bort, dusent jar dre hundert jar in deme vertyghesten jare in deme vrydaghe vor sunte Urbanus daghe.

(Sex adsunt Sigilla, unum deest.)

LXL.

König Waldemar von Dänemark überläßt für den Fall seines unbeerbten Ablebens das Land Fühnen als Erbeigen an die Grafen Heinrich und Claus von Holstein. 1341.

(Orig. membr. in Arch. Reg.)

Wie Waldemar van godes gnaden en Koning der Denen vnde der Wende, vnde en Hertoghe tho Estlande, Bekennen openbarliken in dessem breue, dath wi den edelen luden Hinrike vnde Clawese greuen tho Holsten vnde tho Stormern, vsen omen, vnde eren reghten eruen, hebben gheuen vnde laten, tho eyneme reghten eruen, dat Land tho Fyne, in desser wis. Weret dath wi vorstoruen ane eruen, so scolen se dith land beholden unde besitten ewighliken tho reghtem erue mith aller nüth, mith aller vrught, mit alleme reghte, mit aller vriheyt, vnde mith

al den ovn, de dar tho horen vnde tho lighen, alſo vſe vorvaren, de Koninghe van Denemarken, dath land brugliſes vnde vrighes beſethen hebben. Weret ogh, dath wi dath land tho Fyne loſeden, vnde vs erfnamen worden, de ſcolen den vorbenomeden Greuen vnde eren reygten eruen dith land vorth laten in deſſer ſuluen wiſe, vnde ſcolent en nyes bebreuen, ight ſe ogh vorſtoruen ſunder eruen, dath de greuen dat land beholden ſcolen tho eyneme reghten erue alſo hir vorſcreuen is, vnde vſe houethlude, den wi de Slothe beualen vppe dem Lande tho Fyne, wanne wi dath land loſen, ſcolen den greuen vnde eren eruen dath vorwiſſenen mith eren vrenden, ight wi oder vſe erfnamen vorſtoruen ſunder eruen, dath ſe de Slothe antwerden den greuen vnde eren eruen. Ogh ight de houetlude ſtoruen oder wandelet worden, de in ere ſtede treden, de ſcolen de ſulue wisheyt dun den Greuen vnde eren reghten eruen, de de anderen vore dan hebben. Vorthmer weret dat wi vorſtoruen, er wi dat land tho Fyne loſeden, vſe erfnamen de ſcolens maght hebben na vs dith land tho loſende. Tho eyneme orkunde al deſſer dinghe, hebbe wi vſe Ingheſeghel hethen ghehenghet tho deſſem breue, Tho Helcingborgh na godes borth Duſent drehundert Jar in dem eyn vnde vertegheſtem jare, des mandaghes na twelfthen.

(Sigillum fere integrum.)

In tergo:

Litera regis Woldemari data Comitibus Holtzacie super terra Pheonie in casu quo ipse decederet absque heredibus.

LXLI.

Die Grafen Heinrich und Nicolaus von Holſtein beſtätigen, mit Ueberlaſſung aller Herrlichkeit und Gerechtigkeit, den Verkauf des Dorfes Muggheln an das Kloſter zu Reinfeld. 1342.

(Orig. membr. in Arch. Reg.)

In nomine Sancte et indiuidue Trinitatis. Amen. Hinricus et Nicolaus Dei gratia Comites Holtzatie et Stormarie, Vniuersis presentia uisuris seu audituris, Salutem in domino cum noticia ueritatis. Tenore presentium recognoscimus, protestantes, quod dilectus nobis et fidelis noster Hinricus dictus Splith miles, de consensu et voluntate Cecilie vxoris sue et filiorum suorum, videlicet Nicolai militis et Hinrici armigeri, et aliorum heredum suorum, et omnium, quorum interest uel interesse poterit infuturum, de beneplacito et consensu nostro ac dilecti fratris nostri Adolfi,

qui est adhuc inennis [1]), cuius tutores sumus, de voluntate et consensu dilecti patrui nostri Domini Ghizelberti prepositi Sancte Bremensis ecclesie, de consilio et consensu procerum et consiliariorum ac heredum nostrorum, et omnium, quorum consensus fuerat requirendus, vendidit, dimisit, et coram nobis deliberato animo resignauit viris Religiosis Domino Abbati totique conuentui ecclesie Reyneueldensis, cisterciensis ordinis, Lubicensis dyocesis, totam uillam Mugghele, sub dominio nostro, in parochia Zelente sitam, habendam, tenendam, ac in perpetuum possidendam, cum molendino, et piscaturis presentibus et in futurum fieri contingentibus, cum omnibus attinenciis eius, cum aduocacia, cum omni jure et libertate, cum omni iudicio maiori et minori, videlicet capitis et manus, cum cognicione cause omniumque culparum correctionibus, cum omni proprietate et vsu fructu, in agris cultis et incultis, lignis, siluis, pratis, pascuis, paludibus, nemoribus, aquis et aquarum decursibus, et omnibus vtilitatibus, et plane cum omnibus, que in et infra dictam uillam et terminos eius poterunt ordinari, pro mille et ducentis marcis denariorum lubicensium sibi totaliter et integraliter persolutis. Volumus igitur, ut dicti Abbas et conuentus ecclesie in Reyneuelde in dicta uilla Mugghele et terminis eius absque nostra et heredum nostrorum et cuiuslibet alterius contradictione construant, parent et ordinent, quicquid eis utilius uisum fuerit expedire, nichil iuris aut precepti nobis seu posteris nostris in eadem uilla penitus reseruantes, sed et homines dicte uille ab omni exactione, grauamine et seruiciis, que de bonis feodalibus fieri solent, donamus esse liberos omnimodis et exemtos. Tamen ad terrarum defensionem generalem, que Landwere dicitur, uelut alii rustici tenebuntur. Et nos ad utriusque partis instantiam dictis dominis Abbati et Conuentui monasterii Reyneueldensis memoratam uillam Mugghelen cum omnibus premissis condicionibus et libertatibus contulimus et conferimus in hiis scriptis. Dantes eisdem plenam potestatem dictam uillam Mugghelen commutandi, seu concambiendi, uendendi, inpignerandi, uel obligandi, in parte uel in toto, quibuscunque uel quandocunque decreuerint, et cuicunque uel quibuscunque dictam uillam permutauerint, uendiderint, inpignerauerint, seu obligauerint, premissis condicionibus et libertatibus perfruentur. Vt autem omnia et singula premissa perpetuum robur obtineant firmitatis, presentem litteram nostris sigillis duximus muniendam in euidens testimonium premissorum. Datum Anno Domini M. CCC. XLII. pridie nonas aprilis.

(Sigilla integra ex cera viridi adpendent.)

---

1) d. h. er war noch nicht zu seinen Jahren gekommen.

LXLII.

Johann v. Hummersbüttel und seine Söhne verkaufen das Dorf Todendorp an das Kloster zu Reinbeck. 1342.

(Orig. membr. in Arch. Reg.)

Omnibus presentia audituris et visuris. Nos Johannes Hymmersbutle Senior, Famulus. Hennekinus et Hartwicus ipsius filij. Famuli. ejusdem cognominis. vitam in omnium Saluatore. Tenore presentium recognoscimus publice, constare cupientes vniuersis, quod nos villam Thodendorpe dictam, sitam in parrochia Radelstede per nos. juste emptionis tytulo emptam. a Nicolao de Wedele. alio cognomine Kohoued dicto, prout eadem villa jacens est. in suis metis, et in terminorum suorum distinctionibus comprehensa. cum lignis. paludibus. aquis, aqvarum decursibus. pratis. pascuis. agris. cumque omni jure et libertate. necnon redditibus et omnibus prouentibus, et quibuslibet vtilitatibus. sicut eandem predictus Nicolaus. liberius pre nobis. et nos in posterum possedimus. cum omnibus prenominatis articulis, sic vlterius. rite ac rationabiliter vendidimus venerabilibus in Christo personis Domino preposito, Priorisse, et conuentui ancillarum Christi in Reynebeke perpetuis temporibus libere et pacifice possidendam. pro centum marcis et decem marcis Hamburgensium denariorum. nobis in parata et numerata pecunia, omnimodo ac integraliter persolutis. In quorum euidentiam et recognitionom manifestam presens sigillis nostris munitum predicto conuentui tradidimus reseruandum. Datum sub anno Domini. Millesimo Tricentesimo Qvadragesimo secundo. in die Georgij martiris gloriosi. [1])

LXLIII.

Graf Heinrich von Holstein entbietet nach Segeberg zur Landwehr seine Mannen bei Itzehoe und die Eingesessenen der holsteinischen Marsch. 1342.

(Nach dem Original auf der lüb. Registratur.)

Nos Hinricus comes holtzacie et Stormarie omnes et singulos vasallos nostros habitantes in advocacia itzeho rogamus et requirimus sub omagio vestro, ut armis

1) Die drei anhängenden Siegel zeigen als Wappen ein Kammrad.

expeditis propter defensionem terre post nos veniatis, ita ut feria secunda proxima wenemersmolen apud castrum segheberg expensas ad quindenam vobiscum habentes finaliter sitis constituti, nam dominus de swarthzeburgh una cum officiali domini marchionis cum quadringentis viris galeatis in deperdicionem tocius terre holzacie ad civitatem lybek crastino assumpcionis pervenerunt. Scriptum in campo ante castrum seghebergh sabbato post assumpcionem virginis, nostro sub sigillo.

Nos Hinricus comes holtzacie et stormarie vobis sculteto in wevesvlethe et schabinis ibidem firmiter demandamus, ut omnes inhabitantes parochie vestre çum septem schabinis nostro e . . . . sub pena tede et rescissionis secundum iuris consuetudinem requiri faciatis, ut nos cum tanta fortitudine hominum et curruum, expensas ad quindenam habentes, sicut a nobis fuerint requisiti, expedite sequantur, ita quod feria secunda proxima hora misse finaliter wenemersmolen apud castrum segheberg sint constituti, nam dominus de swartzeburch una cum domino redesach officiali domini marchionis ad civitatem lybek cum quadringentis viris galeatis in deperdicionem tocius terre holtzacie pervenerunt. Scitote si ad presens ad nostram expedicionem non pervenerint, recordare velimus tempore et loco requirente. Scriptum sub sigillo nostro sabbato post assumpcionem virginis.

Nos dei gracia Hinricus comes holtzacie et stormarie vobis schulteto in wilstria et schabinis ibidem demandamus firmiter, ut omnes et singulos inhabitantes in parochia vestra cum septem schabinis nostris sub pena tede et rescissionis requiri faciatis, ut nos cum tanta fortitudine hominum et curruum, sicuti a nobis requisiti fuerint, sequantur, ita quod feria secunda proxima hora misse finaliter sint constituti, nam dominus de swartzeburch una cum domino de redesach, officiali domini marchionis ad civitatem lybeke cum quadringentis viris galeatis in perdicionem nostram et tocius terre holtzacie venerunt. Expensas vestras ad quindenam semper habentes. Scitote, si non ad presens ad nostram expedicionem venerint, recordabimus tempore et loco requirente. Scriptum wenemersmolen sub sigillo nostro sabbato post assumpcionem virginis.

Nos Hinricus comes holtzacie et stormarie vos Johannem Krummendich nostrum vasallum rogamus et requirimus, ut statim visis presentibus litteram vestram ad parochias vestras brokdorp et vlethe [1]) mittatis, ut nos sequantur, ita quod feria secunda proxima hora misse finaliter wenemersmolen apud castrum seghebergh sint constituti, nam dominus de swartzeburch una cum domino de redesach, offi-

1) Ohne Zweifel Beienfleth.

ciali domini marchionis ad Civitatem lybek cum quadringentis viris galeatis crastino assumpcionis marie in deperdicionem tocius terre holtsacie pervenerunt. Scriptum sub sigillo nostro, sabbato post assumpcionem virginis.

LXLIV.

Die Stadt Hamburg überträgt die Entscheidung ihrer Streitigkeiten mit Holstein dem Grafen Günther von Schwarzburg und dem Fürsten Albrecht von Mecklenburg auf der in Rostock zu haltenden Tagefahrt. 1342.

(Nach dem Original auf der Registratur in Lübeck.)

Wi Rathmann unde de menen borghere der stad thu hamborch bekennen unde betughen openbarliken in desser ieghenwardigen scrift, dat wi um al de schelinghe unde twidracht, de van desseme orlighe upstan is twischen den edelen vorsten hern Magnus kuninghe thu sweden unde thu norweghene unde sinen helperen af ener side, unde uns unde unsen borgheren unde unser stad vorbenomet af ander side, sin gheblеven unde gheghan up de edelen heren greven Gunthere van Swartzeborch unde Albrechte hern van Mekelenborch, so wat se uns bi eren eden darumme spreken an minne of an rechte na clage unde na antworde, de wi dessen vorbenomeden heren up antworden sculen in der stad thu Rozstok in sente Nicolaus daghe, de nu neghest kumpt, unde darselves sculen se des warden mit voller macht, unde des se ok darselves sculen ene entschedinghe dun in deme daghe Epiphanie domini de dar neghest kumpt, alse de breve thu spreken, de darup ghemaket sint, — dat wil wi stede unde vast holden unde unthubroken. Dat betughen wi under unsem inghesеghele, dat an dessen bref ghehenghet is. Na godes bort Dusent drehundert in deme twe unde vertigesten Jare, des sondaghes na sente Dyonisius daghe.

(Angehängt ist das kleine hamburgische Stadtsiegel in grünem Wachs.)

LXLV.

Die Stadt Greifswald beklagt sich über die ihren Kaufleuten in Dänemark mit Wissen und Willen der Grafen von Holstein, Heinrich und seiner Brüder, zugefügten Schäden. 1342.

(Nach dem Original auf der lüb. Registratur.)

Nos Consules et universi burgenses civitatis Gripeswold Conquerimur graviter de Nobilibus dominis comitibus holzsacie videlicet Hinrico et suis fratribus, quod ipsi

in communem mercatorum ac civitatum maritimarum et nostram iacturam intollerabilem maximum et gravamen fovent et in eorum tuicionem ac defensionem receperint et adhuc habent holtsatos, qui de omnibus castris seu munitionibus, quas sub se habent in regno Dacie, communibus mercatoribus infinita pericula piraticis incursionibus in mari intulerunt et nostris eciam omnibus eorum vitam et bona contra iusticiam abstulerunt, que bona ultra summam sex millium marcarum puri argenti sunt computata, qui eciam domini comites predicti per civitates maritimas et nos sepius rogati, ut ad hiusmodi maliciam compescendam remedium adhibere dignarentur et quod ad hoc iuvarent, ut de ipsis piratis iusticiam consequi possemus vel restaurum, quod tamen ipsi comites facere nunquam curaverunt.

Item conquerimur, quod Marquardus de stone nostris civibus veniendi cum eorum bonis in Daciam, ibidem moram trahendi et abhinc libere recedendi prestitit securitatis conductum, prout suis litteris patentibus hoc docere possumus evidenter et quod secundo eiusdem Marquardi conductu suus patruus minor Marquardus de stone quosdam nostros concives in Dacia eorum bonis, valentibus Ducentas marcas puri argenti spoliavit. Datum sub nostro sigillo secreto anno domini M.CCC.XL. secundo in Crastino beati Andree apostoli. [1])

(Angehängt ist das große Stadtsiegel von Greifswald in weißem Wachs.)

LXLVI.

Graf Gerhard von Holstein verzichtet auf alle Ansprüche auf die Mühle zu Nütschau und das Gut Holm, zu Gunsten des Klosters zu Reinfeld. 1343.

(Orig. membr. in Arch. Reg.)

In godes namen. Amen. Wy Gherard van godes gnaden Junchere unde Greue tu Holsten unde tu Stormeren, bekennet unde betughet openbare in dessеme breue vor allesweme, Dat wy mit gudeme willen unde mit wolberadenen mude ganslіken hebben afghelaten van aller tusprake de wy ienigherleye hadden uppe de mölen tu Nutzekowe in deme Kerspele to Odeslo, unde ere tubehoringhe, unde uppe dat gut beleghen by deme dorpe tu Boyemolen, dat gheheten is de Holme, mit synen tobehoringhen, dat ichteswanne to behoret hadde Johanne van Aspe anders

---

1) „Unstreitig wurde diese Klage, die weder in Dorso noch sonst, an eine bestimmte Person gerichtet ist, so wie sie hier abgefaßt ist, von den Abgeordneten der Stadt, auf dem Hansetage übergeben. Aehnliche Klagen wurden auch von Wismar und Rostock eingereicht, die sich gleichfalls in Urkunden erhalten haben."

ghenomet Holtto, in besser wyse, dat de ghestliken heren, de Abbet vnde dat Conuent des Closters tu Reyneuelde des Ordens Cystерciensis vnde dat sulue Closter de vorbenomeden molen tu Nutzekowe mit ereme vryen strome, vnde mit deme ackere de dar to behoret, de ghenomet is de molen rode vnde mit allen eren andern tubehoringhen, vnde dat vorbenomede gut by Boyemolen mit alle synen tubehoringhen vry vnde quyd hebben vnde beholden scholen, vnde des mit alleme rechte, mit aller vryheyt, herlicheyt, vnde nutticheyt, roweliken bruken vnde neten moghen tu ewighen tyden, sunder ienigherleye hinder edder wedersprake vnse, vnser erven, vnser nakomelinghe edder anders iemendes, vns edder vnsen erven ofte nakomelinghen, dar nichtes nicht eghendommes, rechtes, edder vryheyt, vorder ane to beholdende. Desses tu sekerer tuchnisse, hebbe wy vnse Inghezeghel witliken henghen laten an dessen bref, de gheuen is na godes bord Dusent drehundert vnde dre vnde vertich jar, des drütten sondaghes in der hilghen vasten. Dar tu tughen over vnde an weren, Her Ywan Reuentlo, Her Johann Meynerstorp, Her Johan Kale, Riddere, Henning Kale, vnde vele anderer lauenwerdigher lüde, de dar sonderghen tu gheeschet worden vnde ghebeden.

(Sigillum adpendet.)

In tergo:

Super molendinum in Nuttzekowe et super bona in Holme apud Boyemolen.

LXLVII.

Die Grafen Heinrich und Nicolaus von Holstein bestätigen der Bürgerschaft der Stadt Schleswig ihre Freiheiten, insbesondre ihre Handelsfreiheiten in Dänemark. 1343.

(Orig. membr. in Arch. Reg.)

Vniuersis presencia visuris seu audituris Hinricus et Nicholaus Dei gracia Comites Holtsacie ac Stormarie, Salutem in Domino sempiternam. Notum sit omnibus tam presentibus quam futuris, quod nos vidimus literas illustrium et magnificorum principum Dominorum Abel et Waldemari quondam Regum Dacie, nec non aliorum successorum ipsorum, ac patris nostri bone memorie, continentes libertates et gracias ciuibus Sleswicensibus ab ipsis indultas, quod dicti ciues per totum Regnum Dacie et quibuscunque terris et terminis ipsius libere sua mercimonia ducere possunt, emere et vendere, et empta absque aliquo theoloneo aut alia aliqua talliacione vel contradictione deducere, quacunque prohibicione generali non obstante. Habent eciam dicti ciues Sleswicenses omnes et singulas libertates et gracias et com-

moda, que et quas ciues aliarum ciuitatum, oppidorum aut villarum regni Dacie in nundinis Scanöör habere dinoscuntur. Rogamus igitur studiose omnes et singulos, de quibus nobis boni habenda est fiducia, nichilominus aduocatis nostris et officialibus eorundem districte iniungimus et mandamus, quatenus dictos ciues Sleswicenses nobis speciali familiaritate et protectione coniunctos et commissos in ipsorum libertatibus, graciis et commodis ipsis ab antiquo a Regibus Danorum predictis et aliis ipsorum successoribus indultis et concessis amore nostri promoueant, in hiis et in aliis ipsos tangentibus non permittant indebite molestari. Pro quo omnibus et singulis in hac parte causa nostri facientibus ad specialia seruicia erimus utique obligati. Insuper omnes et singulas libertates, gracias et commoda, consuetudines ac iura, predictis ciuibus a patre nostro pie memorie ac a dominis principibus suis antecessoribus indultas et concessas ratas ac stabiles promittimus ac affirmamus per nos et officiales nostros inuiolabiliter obseruari per presentes. In cuius rei testimonium Sigilla nostra presentibus sunt appensa. Datum Gotthorp Anno Domini M.CCC.XL. tercio, in octaua omnium Sanctorum, in presencia nostra.

(Sigillorum fragmenta adsunt.)

LXLVIII.

Die Grafen von Holstein versprechen den Städten Lübeck und Hamburg, daß es bei den Verträgen vom Jahre 1342 unverändert bleiben soll. 1343.

(Nach einer wahrscheinlich gleichzeitigen Uebersetzung auf Pergament unter den Urkunden aus der Wedbelade auf der lübeck Registratur.)

Wi Johan, Hinrich, Claus unde Ghered van der gnade godes Greven thu Holtzsten unde thu Stormeren bekennen unde betughen openbare in desser ieghenwardighen scrift, dat wi ghedeghedinget hebbet bi rade unde vulborde user truwen man mit den beschedenen mannen, den Rathmannen van Lubeke unde van Hamborch alse umme den bref der sune, de ghemaket was bi den edelen mannen den Rathgeven unses heren des keysers unde des markgreven van Brandenborgh in der stad thu Lubeke in deme iare unses heren, do men scref Dusend Drehunderd twe unde vertich iar des sundaghes vor sente Gallen daghe, de noch nicht al beseghelد is unde vultoghen mit den seghelen, dad de bref in al siner macht alse he van worde thu worde sprikt mechtlich is onde bliven scal, lyker wys, als oft he mit al den seghelen vultoghen unde beseghelد were, unde mechtighed denselven bref in desser ieghenwardighen scrift. Vortmer dat alle desse

vorbenomeden stucke mechtigh stede unde unthubroken bliven, so hebbe wi geloved unde loved in guden truwen mit hand unde mit munde in dessem breve den vorbenomeden Rathmännen van Lubeke unde van Hamborch dit stede unde vast thu holdende, alse wi thu ener openbaren betughinghe unse ingheseghele hebbet laten ghehenghet thu dessem breve. Unde wi ...... Marqard voreland van der Wisch, Hartwich metzeke riddere .... Marquard westenzee unde Detlef hern Bertoldes sone van der Wenzyne, knapen, hebbet gheloved unde loved in dessem breve mit hand unde mit munde bi unsem truwen mit den vorbenomeden stucke scolen stede unde vast bliven ane arghelist thu holdende, alse wi thu ener openbaren bethughinge use ingheseghele hebbet mit der vorbenomeden user heren van Holtzsten ingheseghelen laten ghehenget thu dessem breve. Ghedeghedinget unde ghegheven in der stad thu Lubeke, na godes bort Dusend, Drehunderd in deme dre unde vertighesten iare, in sente Lucien daghe.[1])

LXLIX.

Sühne des Grafen Johann von Holstein mit dem Könige Waldemar von Dänemark. 1344.

(Orig. membr. in Arch. Reg.)

Wi Johann van der gnade ghodes greue to Holsten vnde to Stormeren, Bekennet openbare an dessen breuen allen gud lüden, dath wi deghedinghet hebben mith rade vnde vulborth vnser wysen rathgeueren mit den Edelen mannen, Her Woldemar der Denen vnde der Wenden koningh, vnde en Herthoge to Estlande, vsem leuen vedderen, Ene stede gantze sone vmme alle schelinghe, be twischen vns vnde vsen deneren op en ende, vnde twischen em vnde synen deneren vp dat andere ende wesen is vppe selande nu an dessem lesten orloghe, vnde hebben de vorbreuet, vnde en truwe louet, Wolde nu jenichman desse sone de we an beyden syden vorbreuet vnde en truwen louet hebben vnser denere edder helpere, de vppe Selande syn, desse sone de wi an beyden siden vorbreken vnde nith helden, so scal van vnser weghene Hartwik van plone, vnse Hovetman vppe Selande, vnde Her Niclawes van Lembeke sineme Hovetmanne behulpen syn, dat men dem sture, dat syue scal Her Niclaues Hartwik wedder dou wenner erer en dat van deme anderen esscheth. Icht erer en deme anderen bynnen verweken nith en kan helpen minne edder reychtes, vnde scon des de twe Houetmann vnder enanderen sodane wisschevth dun, dar wi vnde se mede vorhwareth syn, sturue ok, edder worde desser houetmanne

1) „Die offen gelassenen Stellen sind auch in dem Pergamente, von dem diese Abschrift genommen ist, nicht ausgefüllt, es scheint demnach, als hätten einige der holsteinischen Vasallen auch hier Gelegenheit gefunden, sich dem Vertrage der Grafen noch nicht zu unterziehen, so wie auch dem Vertrage von 1342 von St. Gallen-Tag noch Siegel fehlten. So erklärt es sich, wie trotz der wiederholten Verträge doch der Friede noch immer nicht völlig zu Stande kam, was erst 1346 geschah."

ghyneck vorwandelt, wi in syme stede set werth, de scal deme anderen sodane wysheyt dun alse se vordan hebben, mith en anderen, to ener orkunde desser dink, hebbe wi vnse Ingheseghel henghen laten an dessen Bref, de ghegheuen vnde screuen is to Nestwede na ghodes Boorth, dertenhundert Jar in deme veervndevertegheſten Jare des Dunredaghes vor Lychtmyssen.

C.

Sühne und Friedensschluß Herzog Waldemar's von Schleswig mit den Grafen Heinrich und Claus von Holstein. 1344.

(Orig. membr. in Arch. Reg.)

Wi Woldemar van Ghodes gnaden Hertoghe van Sleswich bikennen vnde bitvghen openbare in dessеme breue, dat wi vns gesonet hebben vrvntlichen vnde gantz mit vnsen leuen Omen Hinrike vnde Clawese Greuen tho Holtsten vnde thy Stormeren, vmme alle de skelynhge, de twisken en vnde vns gewesen heft, an allen stvcken, de in desseme orloghe geskeen sint, went in dessen dach, also dath vser beyder Ratgheuen vnde Man, dar wi vnses dinghes tho ghan weren in beyder siit vn sich mit minne vmme alle stucke geskeden hebben. Also dath vns genoghet. Vortmer sculdeghet jenich man van vnser Omen manne vnse man, wille wi den vordeghedinghen wi skolen in helpen minne edder rechtes binnen vir weken dar na wanne he vor vns vorclaghet wirt. Dede wi des nicht, eder were wi des vnmechtich tho donde, so scolde wi vnsen Omen volghen mit aller macht oppe den man de vorclaghet is, bet an de tiit dath vnsen omen den Greuen vnde erem manne deme cleghere vol geskeen were an minne oder an rechte. Vortmer werden vnse Ome mith vns oder wi mith em an ienighen stvcken skelende na desseme daghe, des scholden vnse ome dre vnde wi dre van vnseme Rade senden in eyne stat, de sesse scholden vnde och en schole wi dar jo nicht vmme orloghen. Vortmer eyn juwelich man de sin ghud vorloren heft in desseme orloghe, de schal dath weder hebben an beyden syden, also als he dath vint. Vortmer de olde sone vnde alle breue in beyden syden de schollen bliuen in erer macht, also se spreken, vnde mith dessen deghedinghen vntobroken vnde vngekrenket wesen. Vortmer so schal vnser neyn des andern man vordeghedinghen tho vnrechte. Desse bref is gegheuen vnde geskreuen tho Sunderborgh, vnder vnseme yngesegele, Na godes bort Dusent jar dre hundert jar in deme vir vnde virtigisten jare, in Sunte Aghaten daghe.

(Sig. abest.)

In tergo:

Placita vp ene sone der heren.

CI.

Graf Johann von Holstein bestätigt dem Bürger Bertram Vorradt das volle Eigenthum und das lübische Recht über das Gut und Dorf Stockelsdorf, Berge sammt der Mühle rc. 1344.

In Gades Nahmen, Amen. — Wy Johann, van Gades Gnaden, Greve tho Hollsten unde tho Stormaren, Bekennen apenbare, unde willen, dat witlick sy beyde gegenwerdigen unde thokamenden Lüden, dat Wy van Rade unde van Vullbordt user truwen Mann, unde aller der de daran wehren tho eschende, hebben gelaten unde gegeven lutterlicken und vrielicken deme Erbaren Manne, Herrn Bertrame Vorradt, eneme Borgere tho Lübeck, unde sinen rechten Erffnahmen ewelicken, alse wol Vruwen alse Mannen, tho brukende in de wedderlegginge der Woldad, unde der Denste, de Uns deselbe Her Bertram unde sine Erffnehmen mennegerley wiß vlitig sind gewesen tho bedende, dat Dorp tho Stochelstorp vnde dat Dorp thom Berge, unde de Mole unde den Niegenhoff by Stochelstorpe tho hebbende unde tho besittende, an deme Rechte des Egendomes ewelicken mit Ackere, gebuwede unde ungebuwede, Wische, Weyde, Bröcke, Mur, Torff, Holt, Busch, Water unde Waterlop, unde erer Stauinge, Wege unde Affwege, Uthgenge unde Weddergenge mit der Schedinge der Veldmarke, als de Dörpe, Möle unde Hoff gelegen sind, mit alleme Rechte tho richtende in Hand unde in den Halß, unde mit allen andern Richten, mit alleme Egendome, mit aller Nutt, mit aller Bequemicheit unde Gemake, unde vruys unde schlichtes mit alle deme dat dartho hört, edder noch thohören mag, tho den Dörpen, Mölen undt Höfe, mit der aller vullenkamesten Vryheit, also dat noch se noch ere Undersaten, de dar sitten in deme Gude, na dem lope der Thyd tho Beschattinge, gevinge, bede, edder tho anderen jenigerleye Denesten, edder anders jenige stücke tho donde, uns edder unsen Erven, edder Jemande anders mit jenigerleye wiß vorbunden edder pflichtig. Vortmehr scolen se hebben vullenkamene Macht unde vrye Waldt, dat se dat Guht mit allem dat dartho hört, unde mit allem Vorworden unde Underscheide de vorscreven stan, mögen und vremeden unde averbringen wodan wiß, unde wor unde wann se tho rade werden tho wat Personen se willen, se si Gestlick edder Weltlick, unde möge datselbe Guht nnde Dorpe, Mölen unde Hoff vorsprocken holden tho Lübeschem Recht unde im Lübeschen Richte gelyke den Dörpen de van Oldings uppe der Veldtmarke tho Lübeke gelegen sind, unde se mögen mit denselven Dörpen unde Gude don unde laten eweliken van erer egenen Wald, wat se willet. Dartho en darven se unse Vollburd edder Ohrloff eschen, noch jemands anders: Hierumme tho beschlutende de Rede, So spreken wy apenbare, dat de vorsprakenen Dörpe, Möle unde Hoff, unde dat Guht mit alle deme dat dartho hört, ewelike mit dem Rechte des Egendomes hört tho dem vorbenömeden Herrn Bertramme Vorrad, und sinen Erffnahmen, alsewol Vruwen als Mannen, so dat nemand anders wann se ichtes icht Rechtes beholde edder

hebbe, in den Dörpen tho Stochelstorpe unde thom Berge, unde Mölen, unde Nygenhove, nnd in dem Gude dat dartho licht vorbenomed. Tho ener Bethüginge unde ener Orkunde aller und sünderlyken desser vorgesprokenen Stücke, hebbe Wy desse gegenwardige Scktifft mit unsem Ingesegele geheten unde gelaten van unser gewissen Wittscop befesten unde sterken. Desser Ding sind Tüge Junker Gherd von Holsten unse leve Vedder, Herr Hinrick Breyde, unse Ridder, unde Herr Johan Crumbeke, unse högeste Servvere, unde vele ander gode Lüde, beyde Papen unde Leyen, den man wol gelö:en mach. Desse Breeff is geschreven unde geven tho Lübeck, na Godes Bordt Dusent Jahr, Drehundert Jahr, in deme Veer unde Veertigsten Jahre, deß Midwekens na dem Sundage tho Midvasten. —

CII.

Herzog Waldemar von Schleswig verpfändet dem Ritter Johann Lembeck die Luntofthardе. 1344.

(Orig. membr. in Arch. Reg.)

Omnibus presens scriptum cernentibus Waldemarus Dei gracia Dux Jucie, in domino salutem sempiternam. Nouerint vniuersi, nos latori presencium Domino Johanni Lembek Militi, et suis veris heredibus, nostram prouinciam Lyungtofthaeret dictam, cum suis pertinenciis vniuersis, maioribus et minoribus, et plane cum omni iure, commodo, vtilitate ac libertate, seruiciis, solucionibus, excessibus, redditibus, certis et incertis, precariis, et plane cum omni jure ac vtilitate, sicuti ipsa haeret nobis aut progenitoribus nostris liberius dignoscitur attinere tempore ab antiquo, pro quingentis marcis puri argenti, et pro ducentis sexaginta quinque marcis Lubicensium denariorum, ex iusto debito inpignerasse et pigneri obligasse per presentes, donec per nos vel per heredes nostros veros redimatur pro summa supradicta. Fructus vero siue redditus, quos medio tempore leuauerit, in sortem principalis debiti minime debeant computari. Insuper obligamus nos firmiter presencium cum tenore, si aliquis dictum dominum Johannem in dicta prouincia molestare, impedire, seu imbrigare attemtauerit, quod ipsum pro posse iuuare debeamus fideliter et constanter. Datum Synderborgh, in presencia nostra, nostro sub sigillo, Anno Domini MCCC.XL. quarto, crastino beati Benedicti Abbatis.

(Sig. adpend.)

CIII.

Die Grafen Heinrich und Nicolaus von Holstein verbünden sich mit König Waldemar von Dänemark. 1344.

(Orig. membr. in Arch. Reg.)

Omnibus presens scriptum cernentibus Hinricus et Nicholaus Dei gratia Comites Holtzacie et Stormarie. in domino Salutem Sempiternam. Notum facimus vniuersis et presentibus publice protestamur. nos cum magnifico principe, domino Waldemaro Danorum Sclauorumque Rege in hunc modum placitasse, et firmam conspiracionem fecisse, fide nostra super hoc prestita corporali, quod apud ipsum dominum Regem manebimus in omnibus suis necessitatibus fideliter et constanter, et si aliquis ipsi domino Regi injuriam intulerit aliqualem, et idem dominus Rex nobis conquestus fuerit de eadem, nos ipsi justiciam infra quatuor septimanas deinde proximo subsequentes ordinamus. quod si facere non valemus, eundem dominum Regem statim post illum mensem elapsum in proprijs personis et totis viribus sequi, et contra eundem juvare debeamus, tamquam nobis ipsis hujusmodi injuria facta esset et illata, donec dicto domino Regi pro predicta injuria fuerit integre satisfactum. Preterea si aliqua discordia vel contencio inter dictum dominum Regem et nos, quod Deus auertat, mota fuerit, vel suborta, eandem in manus Illustris principis domini Waldemari Ducis Jucie Awnculi nostri predilecti potencialiter offeramus et assignemus inter nos concorditer terminandam, et quicquid idem Dux in hoc inter nos decreuerit, Ratum et firmum habeamus. Insuper si aliqua discordia inter ipsum dominum Regem ex vna et dominos Johannem et Gherardum Comites Holtzacie et Stormarie, parte ex altera, fuerit ventilata, quod absit, contra predictos Comites ipsum Regem juuare non debemus, sed si ipsi Comites Johannes et Gherardus aliquos specialiter juuare vel proplacitare voluerint injuste contra Regem antedictum, extunc ipsi Regi juuamen prestemus toto posse contra illos, quos predicti Comites proplacitando juuare volunt in ipsius Regis dampnum et grauamen, minime tamen contra comites supradictos, prout conspiracio nostra superius expressa in presenti exigit et declarat. Promittimus etiam singulas litteras nostras apertas ipsi domino Regi presens datas in suo Robore firmiter duraturas. Astringimus etiam nos firmiter obligando, quod omnia placita in presenti littera tacta, inuiolabiliter obseruemus, cuiuslibet praue artis et doli procul mota admixtione. Vt hec firma sint et rata predicto domino Regi, dno nicholao Lembek, militi, Boetio Falk famulo et ad manus eorumdem nobilibus viris

dominis Ludolpho de Hallermonth Comiti, Ottoni Domicello de Delmenhorst et Ludolpho de Schonevelde militi, nos ac Marquardus et Albertus de westense fratres, firmiter promittimus data fide. In cujus Rei testimonium sigilla nostra vna cum sigillis Marquardi et Alberti predictorum presentibus sunt appensa. Datum Synderborgh Anno Domini M. CCC. XL. quarto, proxima quinta feria post beati Bartholomei apostoli festum.

CIV.

Klage der Herren v. Wackerbart wider den Bischof von Ratzeburg, und Entscheidung Herzog Erich's von Sachsen darüber. 1344.

(Orig. membr. in Arch. Raceb.)

Dit sind de sculde de wy David Wackerbart vnd Wackerbarte gheuet dem biscope van Raceborgh, dat Merswin vse vient was, als et heren luden vnd landen witlich was, vnd red mit des bischopes süster son van verchou ut des bischopes brode vnd mit sinen brode, vnd rouede vnd brande vs to Kutzen. des is vsen broder Conrad lik darvme scen vnd vs nicht. darvme bidde wy iuch here, dat Ghi vs, dar likes vmme helpen vnd rechtes, wente wi mit dem biscope nene scelinge wisten vmme de scelinghe de de Wackerbarde gheuen vs biscop volrad van Raceborch. des sint wi rades vnd dades vnsculdich, na der tit dat se dat deden, ni an vnse brot en quemen. des wille wi ons vnsculdighen, als wi van rechte scolen. Des hebbe wi vns vorboden vor heren vnd vor ghuden luden, dat wi en to allen tiden gherne wolden don dat rechte were. bouen alle desse stucke hebbet se vns vorvanghen, in roue, in brande, in dotslaghe, in dingnisse, vppe groten scaden vns ghebracht. here wat daromme eyn recht si, des bidde wi iu dat ghi dat vinden und spreken. Hir spreke wi hertog Erik van sassen de olde alsus to. wil de biscop holden laten dor enen ghuden man de also wolboren sie als de Wackerbarde dat he rades vnd dades vnsculdich si, vnd he des nicht en wiste do se vt sinem brode reden, dat se dat don wolden vnd sedder ni in sin brot en quemen. so scal de biscop des ane scult bliuen. vorten mach de biscop des volkomen, dat he des over bodich hebbe wesen, dat he en recht don wolde, eer se en roueden. so scolen se em to rechte sinen scaden wedder don, den se em dan hebben. den scaden scal de biscop werderen vnd de Wackerbarde moghen en mineren mit erem rechte. Dit is screuen vnder vsem jngheseghel na ghodes bort dritteynhundert jar in dem ver und vertighesten jare des helghen dagheS to twelften.

(Das Siegel nicht mehr anhängend.)

CV.

Der Rath der Stadt Oldesloe bezeugt, daß die Wittwe Heinrich's v. Crummesse die ihr zuständige Herrlichkeit und Gerichtsbarkeit über eine Hufe und die Mühle in Nehrtze auf das Kloster zu Reinfeld übertragen habe. 1345.

(Orig. membr. in Arch. Reg.)

Omnibus presentes literas visuris seu audituris, Consules ciuitatis Odeslo, bone voluntatis affectum, cum notitia veritatis. Tenore presencium recognoscimus publice protestando, quod presentibus sociis et conciuibus nostris, videlicet Thiderico Penestico, Johanne Pritbeken, Hinrico de Nertze, Marquardo de Tzulen, nec non Johanne Kron, Domna Floria, relicta quondam Hinrici de Crummesse, vendidit Dominis . . Abbati et Conuentui Monasterii de Reyneuelde omnem libertatem et iurisdictionem pertinentem ad ipsam in bonis Grote Johannis villani in Nertze et successorum eius, ac molendini et molendinarii in eadem villa Nertze, dantium seu tribuentium eisdem religiosis viris annuas pensiones. Ista durabunt ad tempora vite Domine Florie memorate. Promisit eciam dicta Floria, quod velit ordinare super prefata libertatis et iurisdictionis vendicione et resignacione litteras Domini nostri Nobilis, Domini Johannis Comitis Holtzatie, religiosis antedictis, et litteras filii sui Detleui Crumesse, premissa ratificantes. Ipsa vero mortua, filius eius Detleuus iam dictus habebit potestatem, predictas libertates et iurisdictiones cum pensionibus seu redditionis annuis, simul vel coniunctim, hoc est, iurisdictionem et huram, et non diuisim vel separatim, hoc est, nec iurisdictionem sine hura, nec huram sine iurisdictione, pro pecunia reemendi. In quorum testimonium sigillum nostre ciuitatis presentibus tergotenus duximus affigendum. Datum et actum Anno Domini M. CCC. XLV, in cena Domini.

(Sigillum integrum NB. adpendet, non, ut in Diplomate, tergotenus affixum.)

CVI.

Bündniß Herzog Waldemar's von Schleswig mit König Waldemar von Dänemark. 1345.

(Orig. membr. in Arch. Reg.)

Omnibus presens scriptum cernentibus Waldemarus Dei gracia Dux Jucie in domino salutem sempiternam. Notum facimus vniuersis et presentibus publice protestamur, quod inter Illustrem Principem Dominum Waldemarum Danorum Sclauorumque Regem ex una, et Nos parte ex altera, in modum, qui sequitur, exstat placitatum, fide nostra super hoc prestita corporali parte ex utraque, ita videlicet, quod nos ipsi Domino Regi, pueris suis et uxori, in omnibus et singulis suis necessitatibus et causis, benignus et fidelis tamquam nobis ipsi, esse debeamus, et cum hoc res nostra una sit in omnibus, et unita fideliter et constanter. Item firmiter promittimus, ut supra, quod si morte preuenti fuerimus, ipso domino Rege viuente, terram nostram, pueros nostros, castra, subditos et vasallos idem Rex habeat sub regimine et tuicione sua libere ordinanda, donec dicti pueri legitimam peruenerint ad etatem. In cuius rei testimonium Sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum Waethel Anno Domini M. CCC. XL. quinto, dominica passionis.

(Sig. avulsum.)

CVII.

Der Rathsherr Hassekin zu Lüneburg verkauft unter Versprechung der Gewährleistung an den Ritter Wasmod Schack seine Güter in Hidberg. 1345.

(Orig. in Arch. Raceb.)

Ego hassekinus consul in luneborch Tenore presencium publice recognosco et protestor, quod honesto viro domino Wasmodo scaken militi verisque suis heredibus vendidi mea bona que habui in hidberge in gheuerdesrode et in barvörde cum omnibus suis juribus, fructibus et adjacacentiis perpetuo jure hereditarie possidenda sicut eadem jam per XXVI. annos dinoscor possedisse que quidem bona sed infra annum et diem pro omnibus volentibus hidberghe ante judicium venire et ibidem in jure contestari volo warandare. hec omnia premissa predicto domino Wasmodo Scaken et suis iustis heredibus cum meis compromissoribus scilicet hartvico rame-

kendorp famulo et echardo Wrighen compromitto in solidum firmiter obseruanda. In signum euidentioris testimonii meum sigillum una cum suis sigillis presentibus appendendo. Datum anno dni M. CCC. XLV. in vigilia phylippi et Jacobi apostolorum et walburgis virginis gloriose.

(An der Urkunde hängen drei Siegel.)

CVIII.

Herzog Erich von Sachsen verschreibt eine jährliche Rente aus dem Transitzoll zu Erteneburg an die Gebrüder v. Schack. 1346.

(Orig. in Arch. Raceb.)

Nos Ericus dei gracia dux Saxonie Angarie et Westualie junior presentibus recognoscimus et lucide protestamur, quod assignauimus dimisimus et obligauimus Johanni et Wasmodo fratribus scaken dictis redditus vndecim marcarum in passagio nostro Erteneborch quarum dicti fratres aut eorum ueri heredes omni anno in festo beati Mychaelis quinque marcas et dimidiam et similiter in pascha quinque marcas et dimidiam sine omni impedimento recipient expedite de illis duodecim marcarum redditibus quos a Marquardo horneman nuper redeminus de parte per nos sic obligata. Quandocumque vero nos aut nostri heredes predictis fratribus aut eorum veris heredibus Centum et decem marcas hamburg. den. soluerimus, extunc dicti redditus ad nos libere reuertentur. In quorum omnium testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum anno dni M. CCC. XLVj. feria sexta ante dominicam cantate.

(Sig. adpend.)

CIX.

Herzog Waldemar von Schleswig verpfändet dem Ritter Johann Lembeck das Land Römöe. 1348.

(Orig. membr. in Arch. Reg.)

Omnibus presens scriptum cernentibus Waldemarus Dei gratia Dux Jucie in Domino salutem sempiternam. Notum facimus uniuersis, presentibus publice protestando, quod nos viro honesto Domino Johanni Lembek Militi et suis veris heredibus terram Riim, parochiam nostram dictam Wysteby, et villam nostram dictam Silfsted, cum omnibus ipsorum pertinentiis et adjacentiis uniuersis, ac cum omni

jure, commoditate, petitionibus majoribus et minoribus, jure nostro dicto Strandwregh, ac plane cum omni jure et libertate, prout nostri progenitores ipsam terram, parochiam, sive villam liberius habuerunt, pro quingentis novem marchis denariorum Lybicensium bonorum et dativorum impigneramus et pigneri obligamus per presentes, festo nativitatis beati Johannis Baptiste, anno, quo nobis visum fuerit, cum prompta pecunia et non aliis rebus redimendo et exsolvendo ipsis dictam summam pecunie, loco, quo ipsam secure poterint sublevare, tali conditione, quod quecunque vel qualiacunque idem Dominus Johannes sive sui heredes a dicta terra, parochia, sive villa, infra terminum redemptionis prescriptum leuauerint, in sortem principalis debiti minime computentur. Ceterum obligamus nos vera fide de assignando et restituendo dictis domino Johanni siue suis heredibus terram, parochiam, sive villam aeque magnam et bonam in redditibus et utilem in bono situ, prout ad presens sunt dicte terra Riim, parochia Wysteby, et villa Silfsted, infra octo septimanas proximo subsequentes, si dictae terra, parochia, aut villa ipsi Domino Johanni siue suis heredibus cum aliquo casu seu modo alienantur violenter, antequam per nos sive nostros heredes ab ipsis integraliter et rationabiliter redimantur. Datum nostro sub sigillo, anno Domini M. CCC. quadragesimo octavo, feria quinta ante festum Symonis et Jude Apostolorum.

(Sig. fragm. adest.)

CX.

Schuldverschreibung Herzog Erich's des Aeltern von Sachsen, an Lüdeken v. Schack, mit Verpfändung verschiedener Grundgefälle. 1349.

(Orig. in Arch. Raceb.)

Wy erik de eldere van godes gnaden hertoge to sassen bekennet in dessеme openen jegenwardigen brewe dat wy mit rade mit witskop und mit volbort unser husfrowen hertoginnen elseben schuldig sin hern ludeken schaken und sinen rechten erven. hundert Mark hambörgerer penige. des hebbe wi vorelaten uud latet eme und sinen rechten erven teyn mark gheldes in deme kerckwerder in deme dorpe to eslinge in dem gude dar desse darna Bescrevenen uppe sithet huer. henneke akerdes un albert Schumeker. de crugher. desse vorscrevenen teyn mark geldes scal her Ludeke Schake un sine rechten erven besitten mit alme rechte beyde hoch un side alse wi it beseten hebbet wente in dessen dagh. also scal he un sine rechten erven dat gut vorth besitten wente in den dagh dat wi eme ofte sinen rechten erven hundert marc hamborger pennige wedder geven so scal dat gut use und usen rechten erven wedder wesen quit und vrig alse et vore was, men to dike un to

lantwere scolen de lude don alse andere lude dot de in dem lande wanet, weret ouer also dat hern lüdeken Schacken efte sine rechten erven in deseme vorbescrevenen gude jeman bewore dar scolde wi ene mit rechte van en weren Efte desse vorscrevenen stucke lowe wy hern ludeken un sinen erven stede to holdende un wi hertoginne elsebe volborden it un wil it och al stede holden. Un hebben to ener groten betuginge dessen bref heten besegelet mit user beyder Ingesegele un is gescreven und geven to homborch no godis bort drutteyn hundert jar in deme negen un vertigesten jare in in sante gallen und . . . . . . daghe [1]).

CXI.

Graf Adolf von Holstein und Schauenburg verpfändet sein Dorf Jemedeshude und den Zehnten in Hetlingen an die Wittwe Heinrich's v. Culen und ihre Söhne. 1350.

(Orig. membr. in Arch. Reg.)

Nos Adolphus dei gracia Comes Holtzacie, Stormarie et in Scowenborg uniuersis presentes visuris seu audituris tenore presentium recognoscimus publice protestantes, quod maturo prehabito consilio obligauimus et in presentibus obligamus honeste domine dicte Eybe relictę quondam Hinrici dicti Culen famuli, eiusque filiis Hinrico, Marquardo, Dethleuo et Frederico, dictis Culen, eorumque ueris et legitimis heredibus uillam nostram Yemedeshude et decimam in Hetlinghe cum omnibus pertinentiis, usufructibus atque bonis, videlicet pascuis, pratis, siluis, virgultis, aquis, aquarum decursibus, agris cultis et incultis, judicioque maiori et minori, Excepta duntaxat sola palude in qua castrum nostrum Hatesborgh exstat situatum, pro quingentis marcis Hamburgens. den. cum omni iure pacifice ac libere possidendas, Sicut nos et nostri progenitores ipsas possedimus multis annis, quousque nos aut nostri heredes easdem villam et decimam pro iam dicta pecunia redimere valeamus. Cum autem memorata pecunia per nos aut nostros heredes antedicte domine, eiusque filiis et eorum heredibus fuerit integraliter persoluta. Tunc supradicta villa et decima ad nos libere reuertentur. Hoc tamen sit adiectum, quod quandocunque protaxatis, domine Eyben eiusque filiis aut eorum ueris heredibus in nostris bonis viginti marcarum redditus assignauimus, aut ducentas marcas eis-

---

1) Neben dem Siegel des Herzogs Erich hängt das der Gemahlin, es ist klein, rund, und hat die Umschrift S. DNE. ELYZABETH. DVCISSE. SAXONIE. Unter einem Baume stehen zu beiden Seiten desselben rechts ein Schild mit dem pommerschen Greif, und darüber ein Helm mit einem Pfauenwedel, links der sächsische Schild und Helm.

dem dedimus, extunc memoratam decimam in Hetlinghe nobis et nostris heredibus resignabunt et ad usus nostros libere reuertentur. In quorum omnium euidens testimonium presentem paginam nostri sigilli munimine duximus roborandam. Testes huius rei sunt Bertramus de Scholenulete noster aduocatus, Thidemannus Hest, Albertus de Ebbinghusen, ac Johannes Konoth, famuli, ac plures alii fidedigni. Datum et actum in villa Wedele anno domini M. CCC. L. sabbato proximo ante dominicam Inuocauit.

(Sigillum adpendet.)

CXII.

Die Gebrüder v. Wotzeken versprechen das Gut Siggen wieder unter die Mannschaft des Grafen Johann von Holstein zu bringen. 1350.

(Orig. membr. in Arch. Reg.)

Wy Otte vnde Emeke Riddere, Thyke vnde Detlef Knapen gheheten Wotzeken, bekennet vnde bethuget openbare in dessеme breue. Dat wy vnde vse rechten Eruen scolen den hof vses broderes Her Johannes to Zygghene vntweren vnde weder brynghen in de manschop des Edelen Heren Johannes greven to Holtsten vnde Stormeren vnde siner erven bynnen twelf jaren de nu nylkest tokomende sint. Dat love wy vnde vse eruen deme vorbenomeden Greve Johanne vnde sinen erven entruwen. Vnde to ener stede vnde vasten betuhgynghe hebbe wy Otte vnde Emeke Rydbere vnde Thyke vnde Detlef Knapen vorbenomet vse inghesеghel to dessеme breve henghet. De gheven vnde screven is to Plone, na ghodes bord Dusend drehunderd jar in deme vyftyghysten jare, des neghesten daghes na ghodes hymmelvard.

(Sigilla quatuor integra.)

CXIII.

Graf Johann von Holstein bestätigt die Verpfändung dreier Hufen in Meiendorf und Rockesberg durch Johann v. Wedel an das Kloster zu Reinbeck. 1350.

(Orig. membr. in Arch. Reg.)

In nomine domini amen. Vniuersis presentes literas inspecturis seu audituris. Nos Johannes dei gracia Comes Holtsacie et Stormarie cupimus fore notum, quod

Hinricus de Wedele famulus, noster vasallus, suo ac suorum nomine heredum, tres mansos, scilicet duos in villa Megendorpe et vnum mansum in villa Rokesbergh situatos, pro sexaginta marcis denariorum Hamburgensium Sanctimonialibus in Reynebeke pro dampnis et iniuriis predictis monialibus minus iuste per ipsum et suos illatis dimisit, et resignauit sponte omni iure quo pretactus Hinricus de Wedele possederat eosdem. Ita tamen quod quandocumque Hinricus uel sui heredes predictas sexaginta marcas persoluerint siue exposuerint dictis sanctimonialibus, sine aliqua contradictione mansos prelibatos restituant integraliter et in toto. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum et actum Anno domini M. CCC. quinquagesimo, in die beatorum Petri et Pauli apostolorum.

(Maior pars Sigilli ex cera rubra adpendet.)

In tergo: Meygendorp et Rokesberge.

CXIV.

Die Grafen Heinrich und Claus von Holstein haben von dem Ritter Marquard Glüsing das verpfändete Rendsburg wieder eingelöst, weshalb dieser quittirt. 1350.

(Orig. membr. in Arch. Reg.)

Vor alle den ghenen de dessen bref sen eder horen, bekenne ich Her Marquard Glüsing eyn ridder, vnde mine rechten erfnamen vnde betüge openbarliken in dessen breue, Wath ich vnde mine erfnamen hadde an dem torne tho Rendesburch, an der borch tho Rendesburch, an der Stat tho Rendesburch, vnde an der gantzen Voghedye tho Rendesburch, dath hebbet mine leuen heren Hinrich vnde Clawes brodere, Greuen tho Holsten vnde tho Stormeren vntworen degher van mi vnde minen erfnamen, Vnde hebbet dath vriy vnde vnbeworen weder. Vnde ich vnde mine erfnamen en hebbet dar mer altes nicht ane. Vnde de breue, de se mi vnde minen erfnamen dar opghegheuen hadden, dath torne, borch, stath vnde Voghedye min vnde miner erfnamen pant were, de hebbe ich vnde mine erfnamen ledich vnde loes ghelaten, vnde late se loos. Dath tüghe ich in dessême mineme openen quite breue, de ghegheuen is tho Rendesburch vnder mineme inghesegh̄ele na ghodes borth Dusent iar drehundert iar an deme veftighesten iare, des sondaghes vor sunte Margrethen daghe. Dar was ouer Her Marquard van der Wisch, Her Marqard Rorelant, Otto Vluesbruch, vnde Ghodschalk Witten.

(Sigillum integrum.)

Urkundensammlung

der

Schleswig-Holstein-Lauenburgischen Gesellschaft

für

vaterländische Geschichte.

Zweiten Bandes zweite Abtheilung.

Kiel,
in Commission der Akademischen Buchhandlung.
1848.

Nachtrag

Schleswig-Holstein-Lauenburgischer

Urkunden

öffentliche Verhältnisse betreffend

von

1350—1400.

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

von

[illegible]

CXV.

Der Propst Petrus der Archidiaconus Thordo und das ganze Capitel zu Roeskilde beurkunden daß sie gesehen haben die eingerückte Urkunde Kaiser Friedrich (II.), durch welche er dem König Waldemar (II.) von Dänemark alles Land jenseits der Elde und Elbe abtritt, Metz 1214. — 1301. Mai 5.[1]

Original im Geh. Archiv.

Omnibus presens scriptum cernentibus Petrus prepositus, Thordo archidyaconus totumque capitulum Roskildense salutem in Domino sempiternam. Notum facimus universis, nos litteras infra scriptas in nulla sui parte viciatas sub veris sigillis vidisse in hec verba:

In nomine sancte et individue Trinitatis, ego Fridericus divina favente clemencia Romanorum rex semper augustus et rex Sicilie[2]. Quoniam omnis gloria majestatis auguste ad augendam universalis ecclesie pacem modis omnibus elaborare tenetur, idcirco nobis divina largiente clemencia ad paternum atque Romanum imperium ascendentibus primum et potissimum consilium fuit, cum vicinis pacem formare regibus, ut sponsa Christi ecclesia, pro cujus defensione gladio utimur, ipsorum cooperacione in diebus nostris tranquilla semper pace letetur. Hujus rei gratia cum dilecto nobis domino W.[3] Danorum rege christianissimo perpetuas et inviolabiles firmavimus amicicias, eique de consilio et consensu principum Romani imperii, pro pace sui regni custodienda et hostibus nostri imperii cohercendis, omnes terminos ultra Eldanam et Albiam Romano attinentes imperio, quos rex Kanutus multis provocatus injuriis cum fratre suo jam dicto W. rege armis optinuit et possedit, et quicquid in Sclavia rex Kanutus comparatum paterno suoque labore tenuit, regno ipsius addidimus, secundum[4] quod presentis privilegii nostri auctoritate et sigillorum principalium impressione confirmavimus. Nullus ergo successorum nostrorum vel principum Romani imperii super predictis, eo quod aliquando imperio subjecti fuerint, memoratum dominum W. regem dilectissimum armis vel querimoniis inquietet, quia non solum in istis sed et in omni causa et necessitate contra omnem personam, salva sedis apostolice reverencia, sic ei semper adesse statuimus, sicut eum nobis et nostris negociis affuturum

[1] Diese Urkunde ist die älteste Abschrift der merkwürdigen Urkunde Kaiser Friedrichs und aus diesem Exemplar bisher nicht gedruckt. Daß der König Erich sie um diese Zeit wiederholt bestätigen ließ, ist ein Factum das selbst Beachtung verdient.

[2] Sicirie die Urkunde. [3] Waldemarum. [4] So in dieser Abschrift; factumque in anderen.

non dubitamus. Hujus rei testes sunt: Sifridus Maguntinus archiepiscopus et sedis apostolice legatus, Theodericus Treverensis archiepiscopus, Amedius Bisuntinus archiepiscopus, Conradus Metensis et Spirensis episcopus et imperialis aule cancellarius, Otto Wirzburgensis episcopus, Othecarus rex Boemie, Lodwicus dux Bawarie, Lupoldus dux Austrie, Thedericus marchio Missinensis et orientalis marchio, Thebaldus dux Lotharingie, Otto dux de Meran. Albertus comes de Ebirstein. Datum apud Mecios anno dominice incarnacionis 1214. per manus domini Conradi Metensis et Spirensis episcopi imperialis aule cancellarii.

In cujus rei testimonium sigilla nostra presentibus sunt appensa. Actum et datum Roskildis anno Domini 1301. in profesto sancti Johannis ante portam Latinam.

CXVI.

Der Propst Petrus der Archidiaconus Thordo und das ganze Capitel zu Roeskilde beurkunden daß sie gesehen haben die eingerückte Urkunde Papst Alexander (IV.), in welcher er die Abtretung des Landes jenseit der Elde und Elbe an den Dänischen König bestätigt, (1236). Juni 28. — 1301. Mai 5.[1]

Omnibus presens scriptum cernentibus Petrus prepositus, Thordo archidyaconus totumque capitulum Roeskildense salutem in Domino sempiternam. Tenore presentium notum facimus universis, nos litteras infra scriptas sub veris bulla et filo in nulla sui parte vitiatas vidisse in hec verba:

Alexander episcopus servus servorum Dei, carissimo in Christo filio . . regi Danorum illustri, salutem et apostolicam benedictionem. Justis petentium desideriis dignum est nos facilem prebere consensum, et vota que a rationis tramite non discordant effectu prosequente complere. Cum igitur quondam Fretbericus, tunc rex Sicilie, in Romanorum imperatorem electus, de assensu principum Theutonie, pro pace ac concordia inter imperium et regnum Dacie inviolabiliter observanda et hostibus imperii cohercendis, omnes terminos ultra Eldoram et Albiam imperium contingentes, quos inclite recordationis Kanutus rex, frater tuus[2], provocatus injuriis, et tu cum eo pariter acquisivisti, et quicquid in Sclavia idem frater tuus acquisitum paterno suoque labore tenuit, regno tuo

[1] Aus Thorkelin, Diplomatarium Arna-Magnaeum I, p. 206, mit einzelnen Verbesserungen aus dem Original im Geh. Archiv.

[2] Die Bezeichnung ist aus der Urkunde K. Friedrich II. beibehalten, während damals K. Christoph I, Waldemar II. Sohn, regierte.

addiderit, sicut per autenticum instrumentum inde confectum evidenter apparet: Nos tuis supplicationibus inclinati, quod ab eodem rege de consilio eorundem principum et assensu pro bono pacis super hiis provide factum est, ratum habentes, id auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre confirmationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Anagnie 4. Kal. Julii, pontificatus nostri anno secundo.

In cujus rei testimonium sigilla nostra presentibus sunt appensa. Datum et actum anno Domini 1301. Roskildis, in profesto beati Johannis ante portam Latinam.

CXVII.

Die Herzöge Albert (II.) und Erich (I.) von Sachsen beurkunden daß eine im Lande Ratzeburg und Dutzow geforderte Bede nicht für eine Verpflichtung gehalten werden solle und treffen Bestimmungen über das jährliche Gericht. 1303. Nov. 8.[1]

Nos Dei gratia Albertus et Ericus duces Saxonie, Angarie et Westphalie, omnibus presentia visuris salutem in Domino. Recognoscimus in his scriptis, quod petitio, quam facimus in nostros homines et vasallorum nostrorum in terra Raceborch et Duzow, non est ex debito vel ex jure, nec ipsam intendimus debitam vel obligatoriam reputare. Item cum militibus nostris et vasallis predictis taliter placitavimus firmiter statuentes, quod, cum noster advocatus ex parte nostra annuali vel generali judicio sicut moris est decreverit presidere, de qualibet magna villa sex homines, de parva vero villa tantum quatuor homines predicto nostro judicio debeant interesse. Idem statuimus, quod annuale judicium memoratum, quod secunda feria post pentecosten hactenus fieri solebat, de cetero secunda feria post festum nativitatis sancti Johannis baptiste propter vacationes laborum firmiter observetur. Datum Raceborch anno 1303. in die Willehadi episcopi et confessoris.

[1] Gedruckt bei Kobbe, Geschichte von Lauenburg II, p. 40, n. 11.

CXVIII.

Graf Gerhard von Holstein und die Bischöfe Heinrich von Reval und Olav von Roeskilde beurkunden daß sie gesehen haben die eingerückte Urkunde Kaiser Albrecht (I.), in welcher er bestätigt die eingerückte Urkunde seines Vorgängers Friedrich (II.) vom Jahr 1214, doch mit Vorbehalt der Stadt Lübeck, 1304. Mai 23.—1304. Sept. 11.

Original im Geh. Archiv.[1]

Omnibus presens scriptum cernentibus, Gerardus Dei gratia comes Holtsacie et Scowenburgh, Henricus Revaliensis et Olavus Roskildensis eadem gratia episcopi salutem in Domino sempiternam. Notum facimus universis, nos litteras magnifici principis domini Alberti Romanorum regis semper augusti, non rasas, non abolitas, non cancellatas, nec in aliqua sui parte suspectas, sub vero sigillo suo vidisse et audisse, tenorem qui sequitur de verbo ad verbum continentes:

Albertus Dei gratia Romanorum rex semper augustus, Universis sacri Romani imperii fidelibus ceterisque presentes litteras inspecturis gratiam suam et omne bonum. Ex parte magnifici et potentis principis domini Erici Danorum Sclavorumque regis nostri amici carissimi a nostra fuit requisitum celsitudine et petitum, ut privilegium inclite recordacionis Friderici regis Romanorum nostri predecessoris confirmare de benignitate regia dignaremur. Est autem privilegii tenor talis:

In nomine sancte et individue Trinitatis Ego Fridericus divina favente clemencia Romanorum rex semper augustus et rex Sicilie. Quoniam omnis gloria majestatis auguste ad augendam universalis ecclesie pacem modis omnibus elaborare tenetur, idcirco nobis divina largiente clemencia ad paternum atque Romanum imperium ascendentibus primum et potissimum consilium fuit, cum vicinis pacem formare regibus, ut sponsa Christi ecclesia, pro cujus defensione gladio utimur, ipsorum cooperacione in diebus nostris tranquilla semper pace letetur. Hujus rei gratia cum dilecto nobis domino Waldemaro Danorum rege christianissimo perpetuas et inviolabiles firmavimus amicicias, eique de consilio ut et consensu principum Romani imperii, pro pace sui regni custodienda et hostibus nostri imperii cohercendis, omnes terminos ultra Eldanam et Albiam Romano attinentes imperio, quos rex Kanutus multis provocatus injuriis cum fratre suo jam dicto W. armis optinuit et possedit, et quicquid in Sclavia rex Kanutus comparatum paterno suoque labore tenuit, regno ipsius addidimus, factumque presentis privilegii nostri auctoritate et sigillorum principalium impressione confirmavimus. Nullus

[1] Die Urkunde ist gedruckt bei Thorkelin p. 94.

ergo successorum nostrorum vel principum Romani imperii super predictis, eo quod aliquando imperio subjecti fuerint, memoratum dominum W. regem dilectissimum armis vel querimoniis inquietet, quia non solum in istis sed eciam in omni causa et necessitate contra omnem personam, salva sedis apostolice reverencia, sic ei semper adesse statuimus, sicut eum nobis et nostris negociis affuturum non dubitamus. Hujus rei testes sunt: Sifridus Maguntinus archiepiscopus et sedis apostolice legatus, Theod(ericus) Treverensis archiepiscopus, Amedeus Bisuntinus archiepiscopus, Conradus Metensis et Spirensis episcopus et imperialis aule cancellarius, Otto Wirzburgensis episcopus, Othacarus rex Bohemie, Lud(ewicus) dux Bawarie, Lupol(dus) dux Austrie, Theoder(icus) marchio Missinensis et orientalis marchio, Theob(aldus) dux Lotharingie, O(tto) dux de Meran, Albertus de Eberstein. Signum domini Friderici secundi Romanorum regis illustrissimi et regis Sicilie. Datum apud Mecios anno dominice incarnacionis 1214. indictione secunda, per manum domini Conradi Metensis et Spirensis episcopi imperialis aule cancellarii.

Nos igitur memorati regis Danorum, veluti ejus cum quo legem amicicie vere observare incommutabiliter disponimus, peticionibus favorabiliter annuentes, omnia in ipsius Friderici contenta privilegio, Lybekke civitate nostra cum universis suis appendiciis [1], juribus et pertinenciis, retentis et salvis semper nobis et imperio, confirmamus, volentes ea prout in originali apparent inviolabiliter observari. In cujus nostre confirmacionis testimonium has litteras exinde consribi et majestatis nostre sigillo jussimus communiri. Signum domini Alberti Romanorum regis invictissimi. Datum in Constancia anno dominice incarnacionis millesimo trecentesimo quarto 10. Kal. Junii, indictione secunda, regni vero nostri anno sexto.

In cujus rei testimonium sigilla nostra presentibus duximus apponenda. Datum Nestwedis anno Domini 1304. feria sexta infra octavam nativitatis Marie virginis gloriose.

CXIX.

Die Herzöge Albert (III.) und Erich (I.) und die Herzogin Margarethe von Sachsen überlassen zur Beendigung längeren Streites dem Bischof von Ratzeburg alle ihre Rechte in den Dörfern Poterowe, Berchowe, Tankmer u. s. w. 1307. Dec. 21. [2]

In nomine . . . . Albertus et Ericus Dei gracia duces et Margareta ducissa Saxonie, Westphalie et Angarie, omnibus in perpetuum. Quia hostis humani generis mille

[1] appediciis das Original. [2] Von Herrn Dr. Deecke in Lübeck mir gefälligst mitgetheilt.

habens nocendi modos, super omnia semper ad hoc sua tela exacuit ut in nobis caritatem, que pacis et amicicie est vinculum, solveret et extinguat, summe necessarium existit, ut exstirpatis discordie causis per semitas concordie suis conatibus obviemus. Sane intelligentes ex seniorum relacione, quod inter venerabiles in Christo patres Raceburgenses episcopos ex parte una et nostros progenitores ex altera retroactis temporibus sepius questio et gravis dissensio orta exstitit super juridictione sive judicio majori et ejus accidentibus in villis ad mensam episcopalem pertinentibus in territorio nostri dominii sitis, scilicet Poterowe, Verchowe, Tankmer, tribus mansis in antiqua Gamma et Campenwerder, quam tamen villam Campenwerder dicti episcopi a comite Zwerinensi cum omni jure et libertate emerunt, sicut in eorundem episcoporum privilegiis continetur, diligenti tractatu et deliberacione cum nostris fidelibus prehabita, visis et auditis antiquis ipsius ecclesie privilegiis, papali quoque sub bulla plumbea et imperiali sub sigillo aureo confirmacionibus, ut materiam hujusmodi discordie eradicaremus in futurum, vendidimus domino H(ermanno) episcopo Raceburgensi ac suis in perpetuum successoribus nomine ipsius ecclesie, pro centum et triginta marcis denariorum Lubicensiam, quos recognoscimus nos ab eodem domino H(ermanno) integraliter recepisse, quicquid in supradictis villis et mansis cum suis terminis necnon incolis dictarum villarum et mansorum nobis et nostris progenitoribus seu antecessoribus de jure, de consuetudine, de antiqua prescripcione vel violenta occupacione seu eciam quocunque alio modo hactenus conpetebat aut nobis et nostris heredibus seu successoribus conpetit vel conpetere poterit in futurum. Renunciantes de jure et de facto in manibus sepedicti domini H(ermanni) episcopi, recipientis et stipulantis nomine suo ac successorum suorum et ecclesie Raceburgensis, omnem juriditionem, judicium majus et minus, colli et manus, cum omnibus suis accessionibus et penis de judicio provenientibus, justiciis, angariis, perangariis, talliis, exactionibus, peticionibus majoribus et minoribus, incisionibus porcorum, et omnibus emolumentis quocumque nomine censeantur. Sepedictas villas et mansos cum suis terminis, agris cultis et incultis, pascuis, pratis, lignis, viis et inviis, aquis et aquarum decursibus, egressibus et regressibus, itinere communi et privato, actu et adaquatione pecorum sive haustu, necnon incolas ipsarum villarum et mansorum ecclesiastice libertati donantes; immo verius donatos a tempore cujus non exstat memoria, ita etiam quod ad jus commune, quod vulgariter lantdinc dicitur, venire nisi velint non debeant, nunciantes, maxime ob reverentiam Dei et gloriose virginis matris ejus Marie, ac in restaurum et emendam, si forte nostri progenitores preteritis temporibus aut nos predictam ecclesiam Raceburgensem aut personas ipsius ecclesie in se vel in bonis aut honoribus suis in aliquo offenderunt vel offendimus minus juste. Rogamus igitur et exhortamur sub districtione divini judicii nostros successores et omnes qui causam ad hoc faciendum ex nobis habere poterunt, ne de cetero in dictis villis mansis et honoribus se de aliquo penitus intromittant vel aliquid juris in

eisdem sibi vendicent, si eternam maledictionem et divinam effugere voluerunt ulcionem. Ceterum quia ea que pro conservacione utilitatis rei publice et generali terrarum necessitate excogitata sunt nos remittere non possumus, excipiendo diffinimus, quod homines sepedictarum villarum cum aliarum terre nostre villarum incolis expedicionem pro defensione terre que lantwere dicitur facient, cum fuerit generaliter facienda; nec ad edificationes urbium et poncium tenebuntur, sed tantum tres mansi in Verchowe, quia sic ab antiquo semper exstitit observatum. Non tamen per nostros advocatos aut nuncios dicti homines evocabuntur aut impellentur ad hujusmodi expedicionem seu edificaciones, sed officialis domini episcopi, qui pro tempore fuerit, requisitus a nostro nuncio, ipsos evocabit seu conpellet, pignora capiendo vel ipsis aliam penam que sibi magis expedire videbitur infligendo. Testes autem qui huic facto et privilegiorum ut supra scriptum est examinacioni interfuerunt sunt hii: Detlevus de Parkentin, Otto Wackerbart, Walramnus de Crummesse, Emeke Hake, milites; magister Pelegrimus canonicus in Hamburgh, Ulricus plebanus in Lovenborch, Henricus plebanus in Luthowe, Siffridus plebanus ad Sanctum Georgium in Raceburgh; famuli quoque Heyno de Wittorpe, Zabellus de Lovenborch, Heyno Scakko, et alii quam plures vocati ad hoc specialiter et rogati. Nos quoque ad ampliorem firmitatem et evidenciam presens scriptum fieri jussimus et sigillorum nostrorum appensione muniri. Datum Lovenborch anno Domini millesimo tricentesimo septimo, in die beati Thome apostoli.

CXX.

Herzog Erich (I.) von Sachsen verbindet sich Herrn Heinrich (dem Löwen) von Meklenburg zu einer Hülfe von 40 Reitern gegen jedermann, mit Ausnahme des Herzogs Otto von Lüneburg und der Holsteinischen Grafen. 1311. October 9.[1]

In nomine Domini amen. Nos Erichus Dei gracia dux Saxonie, Angarie et Westphalie, recognoscimus presentibus publice protestantes, quod cum consangwineo nostro carissimo, Henrico domino Magnopolensi placitavimus, et eidem fide nostra data promisimus, videlicet quod sibi juvare debebimus cum quadraginta viris armatis dextrarios falleratos habentibus, contra omnes sibi inimicantes, exceptis Ottone duce de Luneburg et comitibus Holtzacie singulariter universis, sub hac forma, quod si ipsi aliqua discordia in-

[1] Aus dem Originale mit anhängendem, aber sehr beschädigtem Siegel im Großherzoglichen Geh. Archive zu Schwerin, bei Schröter, Beiträge zur Meklenburgischen Geschichtskunde Bd. I, Heft 1, Specim. diplom. Rostoch. N. XIV.

grueret, illam ad quindenam nos prescire debere, et si medio tempore viam juris aut amicicie reformare non possemus, ipsi astabimus sub suis expensis cum quadraginta armatis ut premissum est quamcumque(?) fuerimus; lucra vero omnia in captivis, in conflictibus, in municionibus capiendis secum equaliter dividemus secundum numerum vasallorum. [*In*] supramissorum testimonium sigillum nostrum presentibus duximus apponendum. Datum et actum Warnhemunde, anno Domini 1311. in die Dyonisii et sociorum ejus.

CXXI.

Graf Gerhard (III.) beurkundet das Bündniß welches er mit Herzog Erich von Sachsen, Fürst Wizlav von Rügen, Graf Nicolaus von Schwerin, Graf Henneke (Johann III.) von Holstein, Herrn Heinrich von Meklenburg, Herrn Nicolaus und Johann von Wenden und Graf Heinrich von Schwerin geschlossen hat; Herzog Otto und Warzlef von Stettin und Graf Adolf von Schauenburg sollen beitreten können, der König Erich von Dänemark aber ein Oberherr des Bundes sein. 1314. Januar 9.

Original im Geh. und Haupt Archiv zu Schwerin.

In Godes namen amen. We Gherart van der ghenade Godes greve van Holzsten bethughen unde bekennen in dessen breven, dat we untruwen hebben ghelovet dar up, dat we bi herthoghen Eriken van Sassen unde bi heren Wizslave deme vorsten van Ruyen unde bi useme suaghere greven Nicolaus van Zwerin unde bi unseme bolen greven Henneken van Holzsten, heren Hinrike van Mekelenborch, hern Niclaus van Wenden, hern Johanne van Wenden unde bi greven Hinrike van Zwerin eweliken bliven scolen in allen eren rechten saken. We ne scolen nyn orloghe angripen, ane alle desser heren rat; dede we dat, dat dede we up uns. Were dat desser heren yhenich worde vorwanghen van jhemende, deme scole we helpen minnen oder rechtes mit dessen anderen heren binnen ver weken; dede we des nicht, so scole we eme helpen mit mannen unde mit sloten unde mit aller macht unde scolen eme senden unse man in sin neghestë slot up unse kost. Quemet eme to eme ridenden orloghe, so scole wi eme helpen uppe sine kost. De dinghnisse scolde he upboren. Wenghe men over wanghnen edder wünne men slote, de scholde men delen na mantalen. Bestallede man siner slote yhenich edder buwede man an sin lant, so schole wi eme helpen up unse kost unde up

ghewin unde up vorlust. Worde eynich schelinghe twischen unser yhemande, dat schal stan uppe den van Ruygen unde uppe den van Mekelenborch, dat recht to sprekende unde to untschedende. Scheleden se under tuischen, dat heft erer en uppe den anderen ghelaten to untschedende. Binnen allen dessen reden scolen wesen hertoghe Otto unde hertoghe Wartslaf van Stettyn unde greve Adolf van Schouwenborch, of se willen. Desser rede unde alle unser rechten sake schal unse here de koning van Denemarken koning Erik en overhere wesen uns bi to stande. Wppe dat wi desse rede vaste holden, dar hebbe we untruwen up ghelovet unde unse ingheseghel hir to ghehenget. Desse breve sint ghegheven unde ghescreven na der bort Godes duseat jar drehundert jar an deme vertheyden, des mitwekens na den twelften, to Gnevesmolen an der stat.

An einem Pergamentstreifen hängt ein ganz zerbrochenes, grosses, rundes Reitersiegel aus grünem Wachs. Vorhanden sind noch zwei Stücke: mit dem Rücken des Rosses und Reiters welcher einen Schild mit dem Holsteinschen Nesselblatt am Arme trägt, und mit den Vorderbeinen des Rosses; dieses Stück hat noch die Inschrift: .... tormarie. et ...., *so dass unmittelbar nach* et *der linke Vorderhuf des Rosses im Siegelfelde folgt.* [1]

CXXII.

Graf Gerhard (IV.) verkauft seinem Bruder dem Junker Hennekin (Johann III.) seine Besitzungen in Holstein, in Warwithsyssel und sonst in Dänemark; dafür werden ihm theils die Güter in Warwithsyssel u. s. w. und andere in Holstein verpfändet, theils ihm und seiner Frau auf Lebenszeit einige Besitzungen überlassen und andere Vortheile zugestanden. 1314. Juni 7. [2]

(Copie Bischof Johanns von Ripen und Herzog Erichs von Schweden, v. 17. Juli).

Gleichzeitige Copie im Geh. und Haupt Archiv zu Schwerin.

Omnibus presens scriptum cernentibus Johannes Ripensis episcopus et Ericus Dei gracia dux Swech. salutem in Domino sempiternam. Notum per presentes facimus universis, nos litteras nobilis viri domini Gerardi eadem gratia Holzacie, Stormarie et de Skoghenburgh comitis, non rasas, non abolitas, non cancellatas, nec in aliqua sui parte viciatas, sub ejus vero sigillo et integro, vidisse diligenter et examinasse, de verbo ad verbum tenorem qui sequitur continentes:

[1] Von den übrigen Verbündeten werden auch noch die einzelnen ungefähr gleichlautenden Beitrittsurkunden in dem Großherzoglich-Meklenburgischen Geheimen und Haupt Archiv zu Schwerin aufbewahrt; die an denselben hangenden Siegel sind aber aus ungeläutertem Wachs. L.

[2] Mit dieser Urkunde zu vergleichen ist die kürzere von dem folgenden Tage oben N. XXXII, p. 34. Diese wichtigere war bisher nur aus dem Auszug bei Hvitfeld p. 370 bekannt. Vgl. Biernatzki, Nordalb. Studien III, 2, p. 175.

Omnibus presens scriptum cernentibus Gerardus Dei gracia Holzacie, Stormarie et de Skoghenburgh comes salutem in Domino sempiternam. Noverint universi, nos illustri juveni fratri nostro karissimo Hennichino, eadem gratia Holzacie, Stormarie et de Skoghenburgh domicello, totum dominium nostrum in Holzacia, Stormaria et Skoghenburgh predictis et ubicunque alibi post patrem nostrum karissimum nos contingens, necnon et bona nostra in Warwythsysel, Stawerby et omnia alia bona nostra in Dacia sita, cum vasallis, civitatibus, castris et singulis municionibus, in dictis dominiis existentibus, bonis omnibus, cum omni jure majore et minore, ac ipsorum attinenciis universis, quocunque nomine censentur, pro septem millibus marcharum puri argenti Coloniensis ponderis vendidisse, ita quod idem frater noster solvere debeat omnibus creditoribus patris nostri et debita exigere que eidem debebantur, et sint sua. Pro cujus summe tribus millibus marcharum argenti idem frater noster nobis obligavit bona infrascripta, videlicet omnia bona sua in Warwythsysel, Staverby et Owerby in Dacia sita, valencia ducentas decem marchas argenti in redditibus annuatim, et in Holzacia in villis infrascriptis bona sua, videlicet Byltiin, Brode, Dodowe, Brothne, Brektehegel, valencia ducentas quadraginta marchas denariorum monete Lybicensis in redditibus annuatim, cum omni jure majore et minore, sicut ea tenuit idem domicellus, libere retinenda, donec a nobis ex parte sua legaliter redimantur; que si minus valuerint annuatim, idem frater noster nobis usque ad dictam summam superaddere tenebitur, et si plus valuerint, illud sibi restituere obligamur, ita quod pro quolibet centenario marcharum argenti non soluto annuatim levabimus de dictis bonis decem marchas argenti in sortem principalis debiti minime computandas. Residua vero quatuor millia marcharum argenti nobis solvi debent, videlicet duo millia in festo beati Martini sub anno Domini millesimo trecentesimo quintodecimo, et duo millia marcharum argenti eciam in festo beati Martini anni post illud festum proxime subsequentis. Si vero nos predicta bona vel aliqua predictorum alicui impignorare contingat, hoc idem frater noster gratum debet habere atque ratum, ita tamen quod si ea carius exposuerimus, hoc de predicta summa tenebimur defalcare. Si eciam aliqua de predictis bonis a nobis evincantur vel causa fratris nostri pejorentur seu destruantur, de hoc tenebitur facere nos indempnes. Item si dictum fratrem nostrum, quod absit, absque prole legittima mori contigerit, dimidietas dominii supradicti ad nos libere redibit, et dimidietatem a domino nostro Erico rege Dacie vel suis heredibus aliisque heredibus dicti fratris nostri redimere seu emere tenebimur pro septem millibus marcharum argenti ponderis supradicti; si vero mortuus fuerit habens prolem generis feminini, jure Holzatico terminetur, ad quem dictum dominium tunc spectabit. Item concedet nobis frater noster predictus ad dies nostros, et uxori nostre ad dies suos, si nos mori contigerit ante ipsam, curiam juxta Aldenborgh cum molendinis aëreis et aquaticis, stagno, agris, pratis et ceteris suis attinenciis, item duos mansos in Klenowe, item curiam in Helme-

storp cum molendino majore et omnibus utilitatibus curie antedicte. Item habere debemus ligna cremalia et ad edificia pro dictis curiis de silvis dicti fratris nostri et pro aliis bonis nostris, prout est consuetum, ita tamen quod de dictis silvis nichil dare vel vendere debeamus. Si vero nos mori contigerit dictis fratre et uxore nostris superviventibus, jam dicta bona ad predictum fratrem nostrum libere redibunt, ita tamen quod uxori nostre predicte de dictis bonis ad dies suos solvat, sicut nunc de eis solvitur, redditus annuatim. Item frater noster predictus nobis dare debet licenciam emendi redditus quadringentarum marcharum denariorum Lybicensium in suo dominio, a quibuscunque eos poterimus optinere. Item frater noster antedictus de predictis bonis nobis inpignoratis et concessis precarias nullas petat. Item nos tenebimur resignare predicta bona eque bona, cum a nobis redempta fuerint, sicuti eadem dinoscimur recepisse. Item de predicta summa argenti de tribus primis millibus marcharum argenti centum marchas argenti ponderis dicti nos recognoscimus nos habuisse. Item omnes litteras et privilegia dictum dominium seu bona predicta quocunque modo tangencia promittimus fratri nostro predicto restituere et integraliter resignare. Et per fidem nostram promittimus premissa ex parte nostra inviolabiliter observare. In cujus rei testimonium sigillum nostrum presentibus duximus apponendum. Datum in villa Kaldyng anno Domini millesimo trecentesimo quartodecimo, feria sexta proxima post dominicam Trinitatis.

In cujus rei testimonium secreta nostra, majoribus sigillis nostris non presentibus, litteris presentibus duximus apponenda. Datum Kaldyng anno Domini 1314. feria quarta proxima ante diem beate Marie Magdalene.

Angehängt sind zwei Pergamentstreifen: 1) an dem ersten hängt ein kleines rundes Siegel mit einer zweibogigen gothischen Nische, in deren rechten die Jungfrau mit dem Christkinde auf dem Arme steht, vor sich unter dem linken Bogen einen Stern habend, unter welchem ein Bischof knieend betet; Umschrift: S. Ripen ......; *2) an dem zweiten hängt ein kleines rundes Siegel, welches jedoch zerbrochen ist; bestimmt zu erkennen ist noch von der rechten Hälfte die vordere* Hälfte *eines anspringenden Löwen mit einem geschwungenen Schwerte in der rechten Pranke; Umschrift:* .. Erici .... d. cis.

CXXIII.

Junker Johann (III.) beurkundet den Kauf aller Besitzungen seines Bruders Gerhard (IV.) und verpflichtet sich zu den dafür übernommenen Leistungen. 1315. April 28.

Original im Geh. und Haupt Archiv zu Schwerin.

Omnibus presens scriptum cernentibus Johannes Dei gracia Holtzacie, Stormarie et de Skowenborgh domicellus salutem in Domino sempiternam. Noverint universi, nos nobili

viro fratri nostro G., eadem gracia Holtzacie comiti, pro toto dominio suo in Holtzacia et Stormaria predictis et ubicumque alibi post patrem nostrum ipsum contingente, necnon et pro bonis suis in Warwithsysæl et omnibus aliis bonis suis in Dacia sitis, cum vasallis, civitatibus, castris et singulis municionibus, in dictis dominiis existentibus, bonis omnibus, cum omni jure majore et minore, ac ipsorum attinenciis universis, quocumque nomine censentur, que nobis vendidit, septem milia marcharum puri argenti ponderis Coloniensis solvenda sibi promisisse, ita quod nos solvere debeamus omnibus creditoribus patris nostri et debita exigere que eidem debebantur, et sint nostra. Pro cujus summe tribus milibus marcharum puri argenti nos eidem fratri nostro obligamus bona infrascripta, videlicet omnia bona nostra in Warwithsysæl, Staverby et Overby in Dacia sita, valencia ducentas decem marchas argenti in redditibus annuatim, et in Holtzacia in villis infrascriptis bona nostra, videlicet Boltin, Brode, Dodowe, Brodne et Brekteheyl, valencia ducentas quadraginta marchas denariorum Lubicensium in redditibus annuatim, cum omni jure majore et minore, sicuti ea nos tenuimus, libere retinenda, donec ab ipso ex parte nostra legaliter redimantur; que si minus valuerint annuatim, nos sibi usque ad dictam summam superaddere tenebimur, et si plus valuerint, illud nobis restituere predictus frater noster obligatur, ita quod pro quolibet centenario marcharum argenti non soluto ipse frater noster levabit annuatim de dictis bonis decem marchas argenti in sortem principalis debiti minime computandas. Si vero predictum fratrem nostrum predicta bona vel aliqua predictorum alicui impignerare contigerit, gratum habere debemus atque ratum, ita quod si carius ea exposuerit, hoc de predicta summa tenebitur defalcare. Si eciam aliqua de predictis bonis ab ipso evincantur vel causa nostri pejorentur seu destruantur, de hoc tenebimur ipsum indempnem conservare. Item si nos absque prole legittima, quod absit, mori contigerit, dimidietas dominii predicti ad ipsum fratrem nostrum G. libere redibit, et dimidietatem a domino nostro et fratre karissimo domino Erico rege Dacie vel suis heredibus aliisque nostris heredibus redimere seu emere tenebitur predictus frater noster pro septem milibus marcharum argenti ponderis supradicti; si vero nos mortui fuerimus habentes prolem generis feminini, jure Holtzatico terminabitur, ad quem dictum dominium tunc spectabit. Item concedimus nos fratri nostro predicto ad dies suos, et uxori sue ad dies suos, si eum mori contigerit ante ipsam, curiam juxta Oldenborgh cum molendinis aëreis et aquaticis, stagno, pratis, agris et ceteris suis attinenciis, item duos mansos in Clenowe, item curiam in Helmerstorpe cum molendino majore et omnibus utilitatibus curie antedicte. Item habere debet idem frater noster ligna cremalia et ad edificia pro dictis curiis et pro aliis bonis suis, prout est consuetum, de silvis nostris, ita tamen quod nichil dare vel vendere debeat de silvis supradictis. Si vero ipsum mori contigerit nobis et uxore sua superviventibus, jam dicta bona ad nos libere redibunt, ita tamen quod uxori sue predicte de dictis bonis ad dies suos solvemus, sicut

nunc de ipsis solvuntur, redditus annuatim. Item nos predicto fratri nostro dare debemus licenciam emendi redditus quadringentarum marcharum denariorum Lubicensium in nostro dominio, ubicumque eos poterit optinere. Item nos de predictis bonis sibi impigneratis et concessis precarias nullas petere debeamus. Item idem frater noster tenebitur resignare predicta bona eque bona, cum ab ipso redempta fuerint, sicut eadem dinoscitur recepisse. Item de predicta summa de primis tribus milibus marcharum argenti solveramus fratri nostro centum marchas argenti ponderis supradicti. Item omnes litteras et privilegia dictum dominium seu bona predicta quocumque modo tangencia idem frater noster restituere promisit nobis et integraliter resignare. Super residuis vero quatuor milibus marcharum puri argenti solvendis idoneam una cum fratre nostro et domino karissimo domino Erico rege Dacie fecimus caucionem, prout in litteris super hoc confectis plenius continetur. In testimonium premissorum omnium sigillum nostrum cum sigillo magnifici principis domini Erici Danorum Sclavorumque regis, dicti fratris nostri karissimi, qui nobiscum super premissis omnibus promisit, presentibus est appensum. Datum Ribbenize anno Domini 1315. die beati Vitalis martiris.

Angehängt sind zwei Pergamentstreifen: 1) an dem ersten hangen die letzten Reste eines grossen Siegels; vorhanden ist nur noch der Theil einer sitzenden, mit einem faltigen Gewande bekleideten Figur von den Knieen bis zu den Füssen, 1¼ Zoll lang: 2) ein rundes Siegel mit einer sechsbogigen gothischen Rosette, unter deren Bogen um eine kleine sechsblätterige Rosette in der Mitte, abwechselnd drei Nesselblätter und drei Adler stehen; Umschrift: Secretum. Johannis. domicelli. Holtsac'.

CXXIV.

König Erich von Dänemark bezeugt daß in seiner Gegenwart Graf Gerhard (IV.) die ihm von seinem Bruder Johann verpfändeten Güter in Dänemark und Holstein dem Grafen Nicolaus von Schwerin übertragen habe. 1315. April 28.[1]

Original im Geh. und Haupt Archiv zu Schwerin.

Omnibus presens scriptum cernentibus Ericus Dei gracia Danorum Sclavorumque rex salutem in Domino sempiternam. Notum facimus universis, quod in presencia nostra dominus Gherardus, filius domini Gherardi quondam comitis Holtzacie bone memorie, personaliter constitutus exhibitori presencium domino Nicholao comiti Zwerinensi omnia bona in Dacia et Holtzacia sita, sibi per domicellum Hennikinum fratrem nostrum et

[1] Die Haupturkunde Graf Gerhards, auf die in dieser Rücksicht genommen wird, führt auch Hvitfeld p. 381 an; sie scheint jetzt nicht vorhanden zu sein.

suum pro tribus milibus marcharum puri argenti impignerata et concessa, resignavit pro sua voluntate ordinanda sub condicionibus et modis, qui in litteris originalibus super hoc confectis plenius continentur. In cujus rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum Ribbenize anno Domini 1315. in die beati Vitalis martiris, in presencia nostra.

Das an einem langen Pergamentstreifen angehängt gewesene Siegel fehlt.

CXXV.

Graf Gerhard (III.) und Junker Henneke (Johann III.) beurkunden den mit Graf Johann (II.) und seiner Stadt Kiel geschlossenen Frieden. (1315). October 15.[1]

In Godes namen amen. We Gherard und jungher Henneke van der gnade Gades greven to Holsten und to Stormern bekennet des und betuget dat in desseme breve, dat we uns mit unseme veddern, greven Johan to Holsten und tom Kyle und sinen mannen und der stat to dem Kyle gentzliken verenet und sonet hebben umme al de schelinghe und tweinghe de da wesen hevet twischen en und uns umme der herschop unses veddern, und umme greven Aleve sinen sonen, de dar dot blev, und bekennet en und al eren helpern beide mannen und der stat tom Kyle und al den de dar ane bedacht synt ener ganzen sone vor uns und vor al den de dar uns icht don und laten willen. Unse vedder greve Johan hefft ok oppe laten uns al de herschop de he hadde in den landen to Holsten mit godem willen, und schal uns se ok upladen vor unsem heren dem hertogen van Sassen of he ene hebben mag. Were des nicht, so scal he id don mit sinen openen breven, wan we dat van em hebben willen. Mer he scal beholden sine levedage dat huss to dem Kyle und de stat alse id belegen is, und darto de lenwar der gestliken lehen binnen der stat und de lenwar der prövene to Hamborg und dat botergeld to Vressland und wes gudes iss in der stat to Hamborg unversad, dat scal he hebben sine dage, und wat vor vorsad iss, dar hebbe wi de losinge an, und wat he gudes hefft in Dennemark, dat scal he beholden, dar scole wy ene to vorderen

[1] Aus Bremer's Chronik von Kiel, p. 107 ff. des auf dem Rathhause bewahrten Exemplars. Gedruckt bei Falck, Staatsb. Mag. VII, p. 86. Der Herausgeber erkannte bereits daß die Urkunde nicht in das Jahr 1380, welches die Chronik angiebt, gehören könne, sondern in die Zeit Graf Gerhard III. (des Großen) zu Rendsburg und Johann II. (des Einäugigen) zu Kiel; er vermuthet 1316. Richtiger wird das Jahr vorher angenommen; denn schon am 1. Nov. dieses Jahrs geben die Grafen Gerhard und Johann (Henneke) der Stadt ein Privilegium, den hier festgesetzten Bestimmungen entsprechend (Bd. I, p. 482), und am 7. Febr. 1316 theilten sie dann die Herrschaft ihrer Vettern von Kiel, oben p. 86.

so we best mogen. Hir en boven scal he hebben sine dage 600 mark geldes mit allem rechte in der herschop tom Kyle, wor id eme aldar beste behaget, als id screven steit an sinen breven. Van den 600 mark geldes scal he leggen 50 mark geldes to ener vicarien oder to twen oder to Godes denst wen und wo id em behaget, und de 50 mark geldes scole we egenen, und he scal beholden darover de lenwar sine dage. Wat hir boven gudes iss in der herschop tom Kyle, dar scole we mede gelden den riddern und den knapen, de unsem veddern wunnen hebet und vor ene lovet hebben, und den ratmannen to dem Kyle 12000(?) mark penninge. Se scolen ok nemen 5 mark geldes mit allem rechte vor 100 mark. Mer we mogen dat gut losen oder weme we id gonnen, umme desulven penninge, twischen hir und sunte Martens dage de nu komt vort over en jar. Wat we des nicht losen binnen der tyd oder weme we des gonnen, dat scal bliven er rechte lengut der borgeren like den riddern und knapen. Und wor se id setten oder verkopen, dar schol we id lenen mit willen. De[1] penninge de dar boven sint unberet van dem gude, der sind 2000 mark und 600 mark penninge; vor de summen hebbe we twe herren mit 24 riddern und knechten en truwen lovet to beredende de helffte nu to sunte Martens dage vort over en jar, de ander helffte van dem sunte Martens dage vort over en jar. Wer dat dat we nicht deme galden alse dar vorspraken iss, scole wy mit den 24 riddern und knechten to den vorsproken tyden inryden, alse we lovet hebben, und nicht uth, dat geld sy beret mit pande oder mit penninge oder mit . . . . over to wesende. Vortmer de man de nu unses veddern helper hebben gewesen, de scolen sine man bliven, und anders neman. Vortmer schal ewelk man de in dessem orloghe hefft begrepen wesen vor gnug und sine schuld binnen und buten vinden und bruken ane bysprake, alse he id leet vor dem orloghe. Vortmer de stat to dem Kyle de scal bruken Lubesches rechtes alse to Lubeke en recht iss, se scal ok beholden alle de vryheit de se hevet gehat beth an dessen dag unde olde handfestinghe de se bewisen mogen, de se hebben hat van unseme veddern und van sinen vorfaren, de stedige we mit dessem breve. Wy scolen ok unsen veddern und sin gut und sine man und de stat tom Kyle und ere gut vreden vor alle den de dar uns icht don und laten willen. Vortmer unses veddern man und de stat tom Kyle hebbet huldet mit unses veddern vulbort uns jungher Henneken, und in truwen lovet und uppen hylligen swaren, dat se uns na unses veddern dode holden scolen vor eren rechten heren, und scolen uns dat slot tom Kyle tor hand holden, und dat nicht untferen by unses veddern levende, und scholen uns dat antworden unbeworen na sinem dode. Worde uns to kort, so scolen se id antworden, dem id to rechte boret; und wy scolen unses veddern vyande nicht werden by unses veddern levende, noch der man noch der stat, und unse vedder sine man und stat scolen ok unse vyande nicht werden by sinem

[1] we die Abschrift.

levende. Vortmer worde desser dinge de in dessem breve screven sint gicht tobraken, so scal unse vedder twe siner ridder darto senden und wy twe ridder. De 4 ridder scolen riden in de stat tom Kyle, und scolen dat binnen 4 weken untweren[1], alse se ere recht darto don willen da se id so wolden nemen und gevende. Kunden se des nicht don, so scole wy twe heren greve Gerd und jungher Henneke[2] und we verticht ridder und knechte, der namen hir screven stat, inriden in de slote to Rendesborg und to Plone, und dar nicht uth, de sake sy untworen. Oppe dat alle disse ding stede und ungebroken bliven, so hebbe wy twe heren greve Gerd und jungher Henneke und we verticht riddere und knechte, der namen hir screven stat, darup in truwen lovet, und to ener orkunde unse ingesegel henget to dessen jegenwardigen breven. De namen der lavere sind dit: Her Henrik van Alverstorp[3], her Johan Marwe, her Johan van Ratmanstorp, her Nicol. van dem Dorne, her Johan Ransowe, her Godschalk van Ascheberg, her Otto van Küren, her Otto Rugemor, her Frederik van der Krempen, her Wulf van Westense, her Dose Blok, her Eler van dem Kyle, her Arnold Vissbeke, her Hinrik van Plone, her Volrad van Ascheberg, her Detlef van Bokwolde, her Detlef Hornestorf, her Johan van Siggen, her Otto van Bokwolde, her Otto[4] Steen, her Sivert van Gikowe, her Steffen van Alverstorp, her Luder van Owe, her Hartwik van Revetlow, her Hartwik van dem Krummendyk, her Wulf van Brokowe, her Hartwik Blok, we reddere; Marquard Carsowe, Hinrik Luder, Brode Storme, Make Swaf, Otto Wensyn, Timmo Blok, Stolt van dem Borstele, Hinrik van Rikelkestorpe, Eler Do, Henneke van Plone, Wolke van dem Bütle, Nicol. Krummendyk, Nicol. Blok, we knapen. Desse bref iss gegeven van Godes bort dusent jar drehundert jar [*in deme*] 15[5] jar, do id was sunte Gallen avend.

[1] notweren die Abschrift. [2] Henning die Abschrift.
[3] Ahlstorp die Abschrift, deren Formen auch sonst etwas von den älteren abweichen; doch habe ich nur Weniges geändert, wie Ratmanstorp statt Ratmansdörp und dgl.
[4] Zu lesen ist wohl: Witte Sten. [5] LXXX die Abschrift.

CXXVI.

König Erich von Dänemark verträgt sich mit Graf Johann (III.) von Holstein daß er den Grafen Gerhard (III.) und seine Vasallen, die der Ermordung des Grafen Adolf verdächtig, frei lassen und jeder Verfolgung entsagen will. 1316. August 4.[1]

E. Dei gratia Danorum Sclavorumque [*rex*[2]] omnibus *etc.* Notum facimus universis, quod cum fratre nostro dilecto, domicello Hennekino comite Holzacie et Stormarie, ex parte interfectionis nobilis viri domini Adolphi comitis Holzacie et Skogenborgh, beate memorie, et pro causa patris[3] sui domini Johannis comitis de Kyl, nos composuimus et amicabiliter univimus, dimittentes ipsum comitem Gerardum et suos milites et vasallos singulos, pro hac interfectione suspectos, a dicta interfectione liberos atque quittos, renunciantes cum hoc[4] omnibus in his actis, quod non debemus nos, ne[*c*] aliqui causa nostri facere [vel omittere[5]] volentes, aliquam de premissis mentionem ammodo facere vel vindictam. In cujus rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum Nyeköping anno Domini 1316. crastino inventionis beati Stephani prothomartyris.

CXXVII.

Die Grafen Gerhard (III.) und Johann (III.) lassen den König Erich von Dänemark und den Fürsten Heinrich von Meklenburg frei von allen Versprechungen betreffend die Entlassung des Grafen Johann aus der Gefangenschaft, unter der Bedingung ihnen den Herrn von Mansfeld auszuliefern. 1317. Januar 28.

Original im Geh. und Haupt Archiv zu Schwerin.

Omnibus presens scriptum cernentibus Gerhardus et Johannes Dei gracia comites Holtsacie et in Reynesburch salutem in Domino sempiternam. Tenore presencium

[1] Nach Andr. Hoier in seinem Aufsatz über Hartwig Reventlow, gedruckt bei Noodt, Beiträge I, p. 49, handschriftlich in der Kieler Universitäts-Bibliothek S. H. 151. Hoier hat die Urkunde empfangen aus einem alten Registranten in der Bibliothek der Kopenhagener Universität. Er fügt hinzu: Aliam consimilem habuit comes Gerhardus de Reinesburgh.

[2] So schon die Handschrift. [3] fratris die Handschrift. [4] huc die Handschrift.

[5] In der Handschrift stand anfangs blos facere vindictam, dann sind später in einer besondern Zeile die Worte vel omittere bis facere nachgetragen. Die Worte vel omittere scheinen aber an dieser Stelle nicht passend zu sein.

notum facimus publice protestantes, quod nos de maturo nostrorum fidelium consilio et instinctu reverendum dominum nostrum dominum Ericum Danorumque Slavorum regem illustrem, necnon nobilem virum avunculum nostrum karissimum dominum Hinricum Magnopolensem et omnes suos compromissores liberos et solutos dimittimus ab omni federe et promisso, quibus occasione nostre captivitatis, videlicet comitis Johannis supradicti, se nobis obligaverant; sed in obligatione dampni nostrorum vasallorum et promisso plenarie remanebunt; dummodo dominus Hinricus Magnopolensis supranominatus nobilem dominum de Manesvelle nobis aut nunciis nostris captivum presentari faciet, ipsumque nobis aut nunciis nostris a qualibet violenta potestate usque turrim Travenemunde defendat et custodiat presentandum; preterea si predictum dominum de Manesvelle, priusquam nos sepedictus comes Johannes soluti essemus, mori contingeret, quod Deus avertat, extunc domini supradicti, videlicet dominus rex, dominus Hinricus Magnopolensis et eorum compromissores, nobis ad totale promissum, quod nobis racione captivitatis nostre, videlicet comitis Johannis sepedicti, fecerunt, astricti plenarie remanebunt. Insuper si nos comitem Johannem sepedictum ante solutionem nostram, quod absit, mori contingeret, extunc supradictus dominus de Manesvelle debet supradicto domino Hinrico Magnopolensi ad suas manus libere absque difficultate qualibet presentari. Ad hec alias obligaciones et promissiones inter dictos nobiles et nos prius habitas nichilominus remanere volumus in pleno robore firmitatis. In cujus testimonium sigilla presentibus sunt appensa. Datum Segeberge anno Domini 1317. in die Fabiani et Sebastiani.

An Pergamentstreifen hangen zwei kleine Siegel aus ungeläutertem Wachs: 1) ein sechsseitiges Siegel mit einem vorwärts gekehrten Helm, dessen Zier zwei Hörner sind, von denen das rechte mit Pfauenfedern, das linke mit 6 Fähnlein geschmückt ist; Umschrift: ✱ S . g . . . . . di . comitis Holtsatie; 2) *dasselbe Siegel wie oben N.* CXXIII *beschrieben worden ist.*

CXXVIII.

Herzog Rudolf von Sachsen belehnt den Grafen Gerhard (III.) mit seinem Antheil an dem Lande und mit dem was früher des Grafen Adolf und Johann gewesen ist. 1317. April 12.[1]

Original im Geh. Archiv.

In Godis namen amen. Wie Rodolf van Godis gnadhin hertoghe tho Sassen, tho Engheren, tho Wistfalen, unde tho Brenen greve, unde borchgreve tho Meghedeborch, bikenneth dhes in dhessen openen breven, dhat wie mit volbordhe user leven brodhere und user rechten erven hebben geleghen rhedeliken und rechtliken greven Gherhardo tho Holtsten und Reyndesborgh und sinen rechten erven alle dhe herschaft dhe sine olderen und he und sine rechten erven tho rechte van uns entfan schallen, und och dhat huus tho Segheberghe und allent dhat dhar tho bilegen iss, und den dhridden deel dhes landis tho Stormeren. Vortmer hebbe wie in och gheleghen alle dhe herschaft dhe uns anevallen was van greven Adholfus weghen dhes olden, und och sodan guth dhat greven Johannis was dhe noch levet, dhat greve Gherardt hevet in sinen weren, dhat dhe silve greve Johan versumeth hevet an uns, dhat wie biwisen moghen mit alleme rechte. Wer och dhat jenich man dhessen vorbenomeden greven Gherardus van Holzsten odher sine rechten erven mit gichte in dhessen vorbescrevenen herschaften biwerren odher hinderen wolde, dhes scholle wie in waren tho eren nödhen und wor wie sie tho rechte waren schollen. Oppe dhesse dingh hebbe wie entruwen ghelovet, unde dhesse riddere, her Thamme Losere und her Otto Slichthingh. Dhesse dedinghe hebben ghedhedinghet dhesse edhelen heren, her Hinrich dhe here tho Mekelinborgh und greve Otto van dher Hoyen, und dhe greve van Stothle hevet dhar jeghenwardich ghewesen, und andirs manch bedherve man van papen und van leyen. Oppe dhat alle dhesse dhingh vast und stede bliven, so hebbe wie dhesse breve ghesterket mit unseme ingeseghele. Dhesse breve sint ghegheven und schreven na Godis borth dhusint jare und drihundirth in deme seventheghiden jare dhes dhinghesdaghes vor dher hochtyt der heylighen martheren sente Tyburtii und Valeriani.

Das Siegel abgerissen.

[1] Gedruckt bei Michelsen in der Zweiten polemischen Erörterung p. 113. Eine Urkunde desselben für den Grafen Johann (III.) v. J. 1316 nennt das Repertorium des Gottorper Archivs IX, 54. Die für beide Grafen vom J. 1318 s. oben p. 38.

CXXIX.

König Erich von Dänemark beurkundet daß er und Heinrich von Meklenburg einen Friedensvertrag mit dem Markgrafen Waldemar von Brandenburg geschlossen haben, in dem dieser unter andern Hülfe gegen den Herzog Erich von Schleswig verspricht, und in welchem Frieden zugleich die Streitigkeiten zwischen dem Grafen Johann (II.) von Holstein und Kiel auf der einen und den Grafen Gerhard (III.) und Hennekin (Johann III.) auf der andern Seite geschlichtet werden, wobei auch festgesetzt wird daß Graf Hennekin seine Freiheit erhalten und die Katharina, Wittwe des Markgrafen Johann von Brandenburg, heirathen soll. 1317. November 25. [1]

In nomine Domini amen. Ericus Dei gracia Danorum Slavorumque rex omnibus presens scriptum visuris seu audituris notum esse volumus et constare, quod nos et gener noster vir nobilis dominus Henricus Magnopolensis cum magnifico principe avunculo nostro carissimo domino Waldemaro marchione Brandenburgensi placitavimus in hunc modum:

Nos et gener noster Magnopolensis predictus incusamus dominum Wertzlaum ducem Slavorum et Cassubie illustrem, quod nobis per eum et suos de municionibus et terris suis exeundo et redeundo post zonam inter nos superrime placitatam dampna sunt illata. Si hoc fassus fuerit dominus Wertzlaus, restaurare tenebitur; si vero negaverit, absolvere se debet ut est juris, et istud facere debet infra hinc et festum Epiphanie proxime affuturum. Nec de cetero idem[2] dux dampna debet inferre nobis aut domino Magnopolensi; quod si facere recusaret, ipse dominus marchio illi adjutorio nullatenus esse debet. Si eciam dux nobis aut domino Magnopolensi dampna, postquam sibi intimata fuerit hec zona, intulerit, similiter illi auxilio esse non debet marchio supradictus. Si vero ipse dux dominum Magnopolensem e converso incusaverit, id ipsum facere debet sibi vel quicunque ipsum ducem Wertzlaum nomine nostro incusaverit; si dux eundem reconvenire voluerit, eidem ex parte nostra ut juris est tenebitur respondere.

Debet eciam dominus marchio nos juvare contra archiepiscopum Lundensem et contra dominum Ericum ducem Sleswicensem et omnes eorum adjutores. Sed ex quo Christophorus dux frater noster non vult [*in*] zona placitata [*esse*], ipsum marchio predictus juvare non debet nec juvamen facere contra ipsum.

[1] Diese Urkunde ist zuletzt gedruckt bei Lisch, Urkundensammlung zur Geschichte des Geschlechtes von Maltzahn. 1. Band 1842. 8. p. 268 ff., der einen frühern Abdruck bei Pötker, Sammlung Meklenb. Urk. Stück III, p. 14 ff. (daraus Riedel, Codex dipl. Brandenb. II, I, p. 411) aus der entsprechenden Urkunde des Markgrafen im Schweriner Archiv verbessert hat. Diese datirt: vigilia b. Katharine. Einen Auszug der Urkunde giebt Hvitfeld p. 396. Derselbe p. 387 führt die Urkunde an durch welche 5. August 1316 die Grafen Gerhard und Johann sich mit dem König Erich gegen den Markgrafen Waldemar verbunden haben; womit zu vergleichen was p. 386 mitgetheilt wird.

[2] item die Ausgabe.

Eciam placitatum est inter comitem Johannem de Kyle ex una parte, et Gherardum et Hennekinum comites Holtzacie, ex altera, quod comes Johannes de Kyle [*debet optinere civitatem Kyle sue vite temporibus* [1]] cum advocacia et vasallis, prout idem comes Hennekinus, antequam captivatus fuerit, dicte apposuit civitati; eadem vero civitas, advocacia et vasalli in eisdem debent homagium facere [*dicto*] comiti Hennekino, sic quod, mortuo comite Johanne de Kyle predicto, ad ipsum Hennekinum et suos heredes devolvi debent et sua perpetuo permanere. Quecumque eciam bona comes Johannes de Kyle contulit in feudum in gwerra presenti, hoc stabit in ordinacione nostra et domini marchionis, qualiter hoc debeat observari; sed Otto Spliit miles centum marcarum Lubecensium redditus, quos habet, debet hiis non obstantibus optinere. De civitate eciam Nighestad ac aliis bonis, que habet predictus comes Hennekinus et que inpetit comes Johannes de Kyle, qualitercumque nos et dominus marchio ordinaverimus, est observandum. Quicquid autem Gerhardus comes Holtzacie in possessione habet, hoc debet integraliter optinere. De illis quoque qui comitem Adolphum occiderunt, qualiter nos et marchio predictus ordinaverimus, est tenendum. Super hiis firmiter observandis quelibet pars pro se cum duodecim militibus utrobique faciet caucionem; quicumque autem [*predictorum trium*] comitum hec placita servare vel caucionem predictam facere recusaret, contra talem nos cum domino Magnopolensi et dominus marchio juvare debemus, quousque adimpleat memorata. Debet eciam dominus marchio comitem Hennekinum, fratrem nostrum, solutum dimittere, qui ducet sine pecunia relictam marchionis Johannis dominam Katherinam [*in uxorem*]; cui idem comes Hennekinus secundum ordinacionem nostram et domini marchionis dotalicium assignabit; si vero nos, quod absit, ante assignacionem dotalicii decesserimus, tum dictus comes Hennekinus secundum ordinacionem ipsius marchionis et generi nostri domini Magnopolensis dicte domine Katherine ipsum dotalicium assignabit, et hec assignacio dotalicii debet fieri infra annum et diem, postquam sibi fuerit carnaliter copulata. Idem comes Hennekinus debet dominos [*comites*] de Mansvelt et Wernyngherode solutos facere; si vero non posset comitem de Wernyngherode solutum facere, extunc debet dare pro eo tantum pecunie, quantum avunculus noster dominus marchio et dux Saxonie dominus Rudolphus duxerint equum esse, et hoc faciet in termino, quem iidem marchio et dux duxerint statuendum. Pro qua quidem pecunia ipse comes Hennekinus et cum eo dominus Magnopolensis, Gherardus comes Holtzacie et domicellus Hennekinus de Werle cum viginti militibus per ipsum comitem Hennekinum statuendis debent promittere fide data.

Omnibus vasallis hinc et inde debent reconferri bona eorum et dimitti.

[1] Diese Stellen sind in der Ausgabe von Lisch in [ ] eingeschlossen und von dem Herausgeber ergänzt oder verbessert worden; Hvitfeld hat hier: skal beholde Kiil hans Liifsdage.

Hec quoque castra debent destrui et non reedificari, videlicet Vurstenhagen, Arnsberg, Kanowe, Strasym, Romelowe, Swanebeke et novum castrum Ywani de Redingestorppe militis in palude edificatum. De aliis vero castris in presenti gwerra edificatis fieri debet, prout dictus dux Saxonie dixerit quod est juris; quicumque hoc facere recusaverit, hunc utrobique sine adjutorio dimittemus. De castro Hidzacker ac aliis controversiis inter ducem Lunenborgensem et ducem Saxonie predictum pendentibus dominus marchio et dominus Magnopolensis predicti placitare debent, si possunt eos in amicicia concordare; quod si facere non poterunt, extunc jus dicet dux Saxonie super eo, cui juri stabitur utrobique. Super dampnis inter vasallos marchionis et ducis Luneborgensis factis suos ex utraque parte milites deputabunt in jure vel amicicia decidendis; qui si discordaverint in [*jure*], eligere debent mediatorem; quicquid ille dixerit quod juris fuerit, est servandum. Vasallis in terra marchionis, habentibus bona in terris domini Magnopolensis, quos ipse dominus Magnopolensis sub se habere noluerit, idem dominus Magnopolensis debet solvere bona illa, juxta communem terre empcionem; consimile dominus marchio vasallis domini Magnopolensis, bona in marchia habentibus, quos marchio sustinere noluerit, facere prorsus debet. Vasallis vero ducum Stetinensium Ottonis et Werzlai, qui se in gwerra presenti ab eis diverterunt ad nos et ad nostros fautores, et ex nomine comitibus de Gutzekowe, debent reconferri bona sua et debita solvi, prout in litteris zone exprimitur prius datis; consimile debet fieri vasallis et adjutoribus marchionis, et ex nomine Hennyngo de Plawe militi; quicumque ista non fecerit, hunc utrobique sine adjutorio dimittemus. Ad tollendam omnem offensionem et dissensionem inter vasallos domini marchionis et domini Magnopolensis, sive sint super distinctionibus, debitis, dampnis, bonis, depactacionibus aut aliis quibuscumque, statuerunt ipsi suos milites utrobique, qui venire debent Templyn dominica ante festum Nicolai proxima et continuare ibidem per biduum et per dies duos subsequentes in Lychen, ubi ipsos reformabunt in amicicia vel in jure. Quicquid eciam dominus marchio domino Magnopolensi tenetur in debitis, de hoc partem suam, quam pro principe Ruyanorum promisit, defalcabit, de residuo autem marchio ordinabit, quod dominus Magnopolensis stet contentus, ceterosque compromissores principis Ruyanorum marchio monebit ut juris est; qui si non satisfecerint, tunc proinde dominus Magnopolensis domino marchioni faciet quod est juris. Super ducentorum talentorum Brandenburgensium denariorum redditibus, quos dominus Magnopolensis a marchione in feudo habuit, commissum est utrobique ordinacioni domini Droysekonis et Redekini de Redere; quicquid super eo justum esse dixerint, in hoc contenti erunt utrobique. Contulit insuper dominus marchio domino Magnopolensi terram Stargardie cum omni jure, quo eam a marchionibus et suis progenitoribus habuit possidendam. Dictus quoque dominus Magnopolensis castrum Eldeneborch presentare debet domino marchioni et castrum Wredenhagen cum vasallis et terris attinentibus, et ipsos castellanos [*predictorum*] castrorum et vasallos terrarum homagium jussit facere marchio, ita quod si marchio predictus sine herede filio decesserit, quod absit, dicta castra Eldenborch et Wredenhagen cum vasallis et terris attinentibus ad ipsum dominum Magnopolensem et suos heredes debent devolvi et eorum justa bona perpetuo permanere. Quicquid Reimarus de Malyn miles et sui patrui in villa Lubiz habent, marchio debet ipsis persolvere, prout Droyseko et Gheorrius Hasencopp milites dixerint persolvendum; [*illi*] quoque de Plesse situm molendinum super Eldenam et alia sua bona ibidem absque omni impedimento possidere debent eo jure, quo ipsa ante edificacionem castri Eldenborch habuerunt, nec ibidem aliquis alteri facere debet injuriam utrobique.

Nos eciam et dominus Magnopolensis predictus propter aliquem non debemus ipsius domini marchionis fieri inimici, nec ipse e converso noster erit propter aliquem inimicus. In hanc zonam pro nostra parte recipimus dominos infrascriptos, ducem videlicet Luneborgensem, Rudolphum et Ericum duces Saxonie, Havelbergensem, Zuerinensem et Raceburgensem episcopos, Ottonem comitem de Hoya, Gherardum comitem Holtzacie, Hennekinum de Werle, Nicolaum et Bernardum comites de Gutzekowe et omnes nostros alios adjutores; quicumque premissorum nostrorum adjutorum hanc zonam et alias inter nos placitatas observare noluerint, talibus auxiliari nolumus utrobique.

Super premissis omnibus et singulis adimplendis et firmiter observandis gener noster dominus Henricus Magnopolensis pro nobis et pro se ipso tantummodo civitates Woldecke, Lychen et Wesenberg cum castro et eorum attinenciis domino marchioni titulo pignoris obligavit; quas municiones dictus dominus Magnopolensis suis militibus, videlicet Alberto de Dewitz, Wedegoni de Plote et Bussoni de Dolla, presentavit, ita videlicet quod, si nos aut dominus Magnopolensis aliquid contra zonam inter nos et dominum marchionem placitatam fecerimus et illud infra duos menses proximos, postquam requisiti fuerimus, non fecerimus retractari, extunc predicti milites municiones hujusmodi cum suis attinenciis ipsi domino marchioni debebunt statim tradere, dum fuerint requisiti, quas tunc ipse dominus marchio et sui heredes tamquam justa bona sua perpetuo possidebunt; super quo dicti tres milites cum septem suis amicis data fide promiserunt, prout in eorum litteris super hoc traditis exprimitur evidencius; hos vero tres milites a municionibus predictis non debet dominus Magnopolensis, quamdiu vixerint, amovere; si vero dictorum trium aliquis decesserit, tunc quemcumque dominus marchio de consiliariis domini Magnopolensis elegerit, hunc in locum defuncti cum eadem auctoritate quam defunctus habuerit statuemus, quando nos et dominus Magnopolensis fuerimus requisiti. Et econtra dominus marchio pro se ipso solo castra Eldenborch et Wredenhagen et Meyenborch civitatem cum castro cum suis attinenciis nobis et domino Magnopolensi eciam titulo pignoris obligavit; quas municiones dictus dominus marchio Droysekoni, Redekino et Johanni de Crochere, suis militibus, presentavit similiter iisdem modis et condicionibus, sicut dominus Magnopolensis suas municiones dictis suis militibus presentavit.

Ad majorem autem certitudinem et cautelam dominus dux Rodolphus dux Saxonie predictus pro nobis data fide promisit, ita videlicet quod, quicumque hanc zonam violaverit, ejusdem dictus dux debet fieri inimicus. Preterea nos et una nobiscum dominus Magnopolensis, dominus dux Lunenborgensis, Henricus comes Zuerinensis, Gherardus comes Holtzacie, Hennekinus domicellus de Werle, necnon viginti milites nostri infrascripti: Bosso de Dolla, Albertus de Dewitz, Wedekinus de Plote, Henricus Vielitz[1], Henricus Soneke, Ulricus de Ylefelde, Henricus de Heydebrake, Duserus[2], Willekinus de Dolla, Nicolaus Manduvel, Zabellus de Helpede, Johannes Rosendal, Georgius Hasenkop, Wipertus Lutzow, Reymarus de Malin, Conradus de Cremun, Reymarus de Wedele, Reymarus de Plesse, Bernhardus et Henricus Moltzan, promiserunt fide data; dux quoque Lunenborgensis decem milites, Henricus comes Zuerinensis quinque milites, Hennekinus domicellus de Werle decem milites, Nicolaus et Bernardus comites de Gutzekowe quinque milites singuli pro se statuerunt fidejussores domino marchioni, et ipse marchio eisdem e converso singulis totidem milites pro se statuit fidejussores. Per has quoque litteras aliis nostris litteris inter nos hinc et inde datis nolumus in aliquo derogari. In premissorum testimonium sigilla, nostra videlicet et dominorum Henrici Magnopolensis, Rodolphi ducis Saxonie, Ottonis ducis Lunenborgensis, Henrici comitis Zuerinensis, Gherardi comitis Holtzacie et Hennekini domicelli de Werle, nostrorum compromissorum, presentibus sunt appensa. Datum Templini anno Domini 1317. in festo beate Catharine.

[1] Dargatz ändert Lisch; aber auch Hvitfeld hat Vilitz.

[2] Henricus de Wodensweghe will Lisch ändern; Hvitfeld setzt nach Henrich Vilitz gleich Henneke Dosenrode.

CXXX.

Bischof Hermann von Schwerin beurkundet einen von ihm abgeschlossenen Vergleich zwischen König Erich von Dänemark und dessen frühern Truchseß Nicholaus Olavi, wonach der letztere unter andern (das Schloß) Glambeke auf Fehmarn zu Pfand erhalten soll. 1318. August 15.[1]

In nomine Domini amen. Omnibus Christi fidelibus ad quos presens scriptum pervenerit, Hermannus Dei gracia episcopus ecclesie Zwerinensis salutem in Domino. Noverint universi tam posteri quam presentes, quod inter magnificum principem dominum Ericum Danorum Sclavorumque regem, parte ex una, et dominum Nicholaum Olavi, quondam ipsius dapiferum, parte ex altera, super dissencionibus, que inter ipsos vertebantur, sabbato ante assumpcionem beate Marie in villa Vighele placitavimus in hunc modum: videlicet quod idem dapifer computabit die nativitatis Marie Worthingeborgh super debitis contractis nomine regis; quibus omnibus racionabiliter computatis, dominus rex predictus obligabit et dimittet sibi pro eisdem titulo pignoris municiones infrascriptas, Wernemunde, Stekeborgh et Glambeke super Ymbriam, cum omnibus bonis et redditibus quos rex prius apposuerat ad easdem, prout in patentibus literis suis prius super hoc datis plenius continetur. Preterea si in computacione discordarent rex et dictus dominus Nicholaus, hoc stabit juramento ipsius dapiferi, et in eo manebit rex contentus. Quandocumque eciam rex municiones predictas redimere voluerit, ipsum dapiferum et ejus nuncium suo nomine pagabit in Lubeke in toto debito computato argento predicto, et illud conducet ac securabit dominus rex et dominus Magnopolensis in civitate ipsa et inter Travenam et Tolensam, pre omnibus qui amore ipsorum facere vel mittere volunt quidquam. Item si aliquem dominum quemcumque seu dominos et vasallos predictas municiones inbrigare vel circumvallare contigerit aut propugnacula edificare ante ipsas, tunc dominus rex tenetur ipsas disbrigare et defendere et preesse eisdem, prout dominus suis bonis et terris ac suis fidelibus hominibus de jure preesse tenetur. Preterea rex dabit dicto dapifero pro suo servicio duo milia marcharum puri argenti, que certificabit rex sibi cum viginti militibus et armigeris ab ista parte maris in Teutonia, antequam regi municiones reddantur, ita quod postquam municiones

[1] Aus Lisch a. a. O. p. 281, nach dem Original im Archiv zu Schwerin. Hvitfeld p. 407 führt an, daß 1318 die Calixti papae (October 14) Niels Olufsøn die hier erwähnte Rechnung zu Worbingborg ablegte und daß der König für das Geld das er ihm schuldig blieb ihm außer den beiden andern hier genannten Festen auch Glambeck verpfändete. — Ich bemerke, daß nach einer andern Anführung von Hvitfeld p. 392 im Jahr 1317 der Frau Anna von Meklenburg eine Urkunde gegeben wurde, nach der ihr, wenn sie ihren Gatten den Herrn Heinrich von Meklenburg überlebte, von dem jedesmaligen Lehnsmann auf Glambeck 300 Mk. jährlich gezahlt werden sollten, die ihrem Gatten verschrieben waren.

reddidit, ultra ad annum proximum solventur sibi mille marche puri in civitate predicta, et sequenti anno proximo iterum mille marche puri ibidem sub conductu et securitate prenotatis. Item quamdiu per regem dicto domino Nicholao et suis heredibus debita sua soluta non fuerint, municiones predictas ad servicia regis tenebit, sicut fidelis vasallus suus; debitis vero solutis, municiones regi reddantur. Super quo promittimus nos et dictus dominus Nicholaus in solidum et nobiscum fratres nostri Molzani cum pocioribus amicis nostris, ita quod in universo simus triginta milites et armigeri Teutonici promissores. Ceterum quod nullus dominum Nicholaum antedictum et suos heredes in municionibus predictis et bonis ad ipsas pertinentibus inpedire vel inbrigare debeat, quamdiu ipsas tenuerit, super hoc in solidum promittent data fide dominus rex Danorum, Waldemarus marchio Brandeburghensis, dominus Magnopolensis, comes Gerardus de Reinsborgh, comes Henricus in Zwerin, comes Hennikinus Holzacie, Martinus Duve illustris regis Danorum dapifer, Lodewicus Alberti ejusdem regis marskalcus, et ad hoc octo milites Dani et decem milites vasalli domini Magnopolensis. Ceterum solvet dominus rex dicto domino Nicholao omnia bona sua propria, que habet ex ista parte maris in Teutonia, secundum taxacionem quatuor militum, quorum rex duos statuet non adversantes ipsi domino Nicholao, et ipse dominus Nicholaus duos qui sibi placuerint; istorum quatuor militum superior erit dominus Sifridus de Plone, cujus taxacioni cum juramento suo, si discordaverint predicti quatuor, stabitur utrobique; et hec bona persolventur sex septimanis antequam dicte municiones redimantur; pro quo promittent milites et armigeri in solidum famosi et divites ad dictum argentum, vasalli domini regis et domini Magnopolensis, ita quod pro singulis mille et quingentis marchis puri decem milites et armigeri promissores statuentur. Item dominus rex solvet predicto domino Nicholao omnia bona sua, que habet in Dacia, secundum taxacionem predictorum quatuor militum ad hoc deputatorum; qui si discordaverint, predictus superior sub juramento suo dicet quod equum fuerit, in quo rex et idem dominus Nicholaus contenti permanebunt utrobique. Dominus rex vero pro predictis bonis statuet promissores ab ista parte maris in Teutonia de militibus et armigeris, vasallis suis et domini Magnopolensis, pro singulis mille et quingentis marchis puri in solidum decem sufficientes et famosos milites et armigeros, et sic deinceps, quousque certificata fuerit tota summa. Item dominus rex certificabit ipsum dominum Nicholaum pro bonis suis, que habet in Dacia, ex ista parte maris in Teutonia, infra hinc et festum purificationis Marie proximum, ita quod festo nativitatis Johannis baptiste tunc proximo totum debitum ratione bonorum suorum in Dacia contractum in civitate predicta argento puro et parato persolvatur, quod argentum dominus rex et dominus Magnopolensis ita securabunt et conducent prout superius est notatum. Item dominus rex refundet dicto domino Nicholao et suis adjutoribus et amicis totum dampnum,

quod receperunt a tempore postquam dictus dominus Nicholaus recessit a Dacia, in quo ipsum racionabiliter poterunt informare; si vero rex dixerit, illud dampnum in bonis suis et non domini Nicholai predicti esse factum, hoc stabit juramento ipsius domini Nicholai, et rex totum sibi et amicis suis solvet. Item si aliquis amicorum sepedicti domini Nicholai bona sua vendere voluerit, ipsum sequentur bona sua preter broghelen [1] et talia que pro serviciis sunt concessa. Item quicumque in bonis propriis manere voluerit de amicis suis et servitoribus, bonis suis omnibus et libertatibus uti debent sicut prius, et ipsis esse debet dominus graciosus. Item rex, ubicumque zonam inierit, ipsi zone dictum dominum Nicholaum, si sibi necesse fuerit, intercludet, sicut se ipsum. Item dominus Nicholaus prefatus redditus omnes anni istius de bonis suis levabit seu levari faciet sine inpedimento cujuscumque. Item si aliquis bona predicti domini Nicholai inpecierit, super hoc ipse conparebit ad tres septimanas post Michaelis in Worthingæborch, et optinebit cum suo juramento et decem militum et armigerorum, quod ipse melius jus habeat ad illa bona quam alter qui inpetit ipsa, et hec tunc rex sibi solvet, sicut alia sua bona antedicta. Quod autem domini prenotati super articulos ipsos tangentes promittent finaliter data fide, infra hinc et tres septimanas post Michaelis cum viginti militibus ipsorum compromissoribus, et quod omnia alia et singula, tam de solucione debitorum quam bonorum et omnium observacione articulorum superius premissorum, infra hinc et purificacionem Marie sub fidei promisso perducantur ad plenum effectum: super hoc dominus Magnopolensis ac una secum Conradus de Kremun, Johannes Rosendale, Reimarus de Wedele, Godefridus de Bulowe, Olricus de Barnekowe, Reymarus de Plesse, Bolto Hasenkop, Johannes de Bulowe et Wipertus Luzowe marskalcus domini Magnopolensis, milites strennui, data fide promiserunt; nosque e converso super articulis nos tangentibus ac una nobiscum dominus Nicholaus Olavi, Olricus Bernardus et Henricus fratres dicti Molzan, Detlevus Wlf, Olricus de Blokere, Henricus Bulowe, Sanderus de Deescin et Luderus de Trekowe promisimus data fide. In premissorum igitur testimonium sigillum nostrum una cum sigillis militum jam dictorum presentibus duximus apponenda. Datum Vighele anno Domini 1318. die assumpcionis beate Marie virginis.

Unter den anhängenden Siegeln eins mit der Umschrift: S. Nicholai Olafs. illustris regis Danorum dapiferi.

[1] borglehen?

CXXXI.

König Christoph (II.) von Dänemark beurkundet einen Bund den er mit dem Herzog Erich (I.) von Sachsen geschlossen hat. 1320. April 8.[1]

Nos Christophorus Dei gracia Danorum Sclavorumque rex. Recognoscimus presentibus literis protestantes, quod inter nos, ex parte una, et magnificum principem dominum Ericum ducem Saxonie, ex altera, placitatum fuit in hunc modum: Primo videlicet, quod ipse dominus dux Ericus debeat nobis, liberis nostris et coadjutoribus nostris servire ab ista parte salsi stagni cum sexaginta armatis, armis et dextrariis expeditis, ex illa vero parte salsi stagni cum centum hominibus expeditis; hoc adjecto, quod nullam guerram inchoare debeat, nisi de nostro mandato speciali. Item si capitaneus et vasalli nostri vel coadjutores nostri vel eciam ipse dominus dux de jussu nostro municiones ipsius domini ducis intraverint ad nocendum inimicis nostris, debemus nos eidem domino duci tot mansos inimicorum ad depigrandum sive galliandum assignare, quot[2] in dominio suo fuerint computati. Item[3] si in guerra ipsi domino duci per nos injuncta aliquam municionum suarum perdiderit, in qua de suis vasallis aliquis fuerit per nos capitaneus institutus, vel in qua ipse dominus dux de mandato et jussu nostro fuerit capitaneus deputatus, ad hujusmodi municionem ob hanc causam amissam recuperandam debemus nos sibi esse coadjutor. Econtra promittit[4] memoratus dominus dux, quod nos, nostros liberos et coadjutores contra quoslibet nostros inimicos juvabit, ita tamen quod duos comites Zwerinenses, Nicolaum videlicet et Henricum, et ipsorum homines intra terrarum suarum limites non debeat ullatenus molestare; sed extra limites eorum ubique in omni genere guerrarum eos et ipsorum homines hostiliter inpugnabit. Item si ipse dominus dux de jussu nostro circa dictos centum armatos nobis servientes in municionibus suis expensas fecerit vel damnum pertulerit ab iis, nos ipsum faciemus liberum et indemnem. Ratione autem hujusmodi servitii sui nos sibi dabimus mille marchas puri argenti, quingentas videlicet marchas puri in crastino beati Nicolai confessoris proxime venturo in Wordhingburch[5] sine injacentia persolvendas, reliquas vero quingentas marchas puri in festo beati Martini sub anno Domini millesimo trecentesimo vicesimo primo similiter Wordhingburgh[5] persolvendas. Et si pro iis quingentis marchis aliquod damnum possibiliter fecerit a festo pasche

[1] Gedruckt bei Scheidt, Mantissa documentorum, wodurch die .... Nachrichten von dem hohen und niedern Adel .... bestärkt und erwiesen werden. Hannover 1755. 4. p. 471. Wie Graf Erich sich mit dem König Christoph verband, trat im folgenden Jahr Graf Gerhard von Holstein in nähere Verbindung mit Erichs Bruder, Herzog Johann II. Vgl. darüber Carstens, bei Heinze Historische Abhandlungen I, p. 305 ff. Die von ihm mitgetheilten Urkunden, so weit sie nicht schon oben aufgenommen (N. XLVII. LXIX), sind hier nicht wiederholt worden.

[2] quod die Ausgabe. [3] Idem die Ausg. [4] promitit die Ausg. [5] Worchingb. die Ausg.

proximo futuro usque ad predictum sequens festum beati Martini, de hoc ipsum indemnem faciemus. Econtra dominus dux Wartzlavus memorato domino et duci Saxonie ratione dicti servicii sui nomine nostro promisit mille marchas puri argenti, in festo beati Michaelis, quod erit sub anno Domini millesimo trecentesimo vicesimo primo, finaliter persolvendas. Quodsi argentum tunc solutum non fuerit, ipse dictus dux Wartzlavus Gripswaldis intrabit, non exiturus donec dictum argentum sit solutum. Si autem, quod Deus avertat, ipse dominus dux Wartzlavus ante solutionem ipsius argenti mortuus fuerit, ex tunc post assignatum solutionis terminum nos et filius noster senior Wordhingburch intrabimus, non exituri ante solutionem argenti supradicti. Item si, quod absit, idem dominus dux Saxonie in guerra nostra captus fuerit, nos ipsum a tempore sue captivitatis infra dimidium annum, homines vero suos, si in guerra nostra captivati fuerint, infra annum integrum, tenebimur liberare. Preterea super predictorum dextrariorum, equorum, armorum seu aliarum rerum .....[1] faciemus, sicut circa ceteros principes et dominos nostros adjutores fuerit faciendum. Item debemus pro justis causis suis, prout potuerimus, fideliter placitare. In cujus rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Actum et datum Wordhingburgh[2] anno Domini millesimo trecentesimo vicesimo, feria tertia proxima post dominicam Quasimodogeniti. Presentibus dominis Laurencio Jonssen dapifero, Ingwaro Gnort, Alberto Albertson et Ghordone Adiring, consiliariis nostris, qui una nobiscum pro premissis placitationibus observandis fide media promiserunt.

CXXXII.

Graf Gerhard (III.) verbindet sich mit Graf Nicolaus von Schwerin und seinem Sohne bis Michaelis über zwei Jahre gegen den Herzog Erich (I.) von Sachsen. 1321. Juli 16.

Original im Geh. und Haupt Archiv zu Schwerin.

In Goddes namen amen. We Gerart van der gnaden Goddes greve to Holzten bekennen unde betugen in desme openen breve, dat we hebben us vorbunden nu na desme dage to sunte Mycheles dage vort over twen jaren unde vorenet mit usme leven swagere greven Nycolaus van Zweryn unde mit sineme sone Nycolaus oppe den hertogen van Sassen hertogen Er(ik) unde oppe al sine helpere, also dat we en helpen scolen mit hundert mannen op use kost oppe win unde vorlust; also scolen se us weder don. Were dat over also dat se oder we dar mer an kereden an kost oder

[1] Es scheint ein Wort zu fehlen. [2] Wochingb. die Ausgabe.

an luden, so scal man opboren na mantal, also it sich boret. Wolde oc greve Hinrik van Zweryn[1] us umbe welke sake sculdegen oder we ene, des scolen use vorbenomeden swagere greve Nycolaus unde syn sone weldich wesen to unscedende mit minne oder mit rechte twisgen hir unde achtedage na sunte Micheles dage. Quemit och also dat junchere Johan van Holzten use leve veddere usen vorsegeden swageren jenege scult geve oder se eme, dat scole we untfreden under yn mit minne oder mit rechte, also hir vor gescreven is. Were over dat dat user man welc user vorbenomeden swagere man welc sculdegen wolde oder ere user man welc, de scole we untsceden an beyden syden mit minne oder mit rechte. Vortmer en scal user nen binnen desser bescrevenen tyt sic dagen oder sonen, it en si mit des anderen volbort. Wan over user en des anderen helpe bederf, dat scal he em verteynacht vore to wedende ton, so scal men rede wesen. Oppe desse dinc so hebbe we untruwen lovet vastigen to holende mit dessen ryderen, de hir bescreven stat: har Marquart unde har Wolf van Westense, har Borchart van Otteshude, har Thetlef van der Wensyne, har Johan van Slamerstorp, her Eckert unde har Ywan van Dytsowe. To ener orkunde al desser vorsprokenen dinc to holdende, so hebbe we use yngesegel gehenget vor desse bref. Desse bref is gegeven unde screven na Goddes bort dusent jar drehundert[2] jar in deme enentwintegesten jare, des negesten dages der apostele, in dem dorp to Rochowe.

An einem Pergamentstreifen hängt das zu Bd. II, Abth. 1, auf der Wappentafel an erster Stelle zum J. 1322 abgebildete Siegel.[3]

CXXXIII.

Graf Johann (III.) bekennt sich der Stadt Oldenburg 150 Mark schuldig für Hülfen die sie ihm bei verschiedenen Gelegenheiten geleistet haben. 1321.[4]

[*Nos Johannes Dei gracia comes Holtzacie et Stormarie*] recognoscimus tenore presentium protestantes, nos teneri subditis nostris consulibus et communitati civitatis nostre Oldenborg in centum et quinquaginta marcis denariorum Lubecensium, primo de expensis nobis amicabiliter et benevole per eosdem consules et communitatem

[1] Zeryn die Urkunde. [2] In der Urkunde steht durch einen offenbaren Schreibfehler twehundert.

[3] In Beziehung auf die über dieses Siegel in der Vorrede p. VII gemachte Bemerkung finde hier die Berichtigung Raum, daß sowohl auf diesem als auf anderen Siegeln des Grafen Gerhard die rechte Hand der Figur sich auf ein Schwert stützt, dessen Knopf über der Hand hervorragt. Lisch.

[4] Unter diesem Jahr führt diese Urkunde Lackmann an, Beweis daß die Insel Fehmarn x. (Einleitung Bd. V.), p. 86.

procuratis et missis ad expeditionem quam habuimus in Thitmarcia, secundo de expensis nobis per eosdem procuratis et missis duobus vicibus cum equitavimus cum armatis post avunculum nostrum dominum Magnopolitanum, et tertio de expensis per predictos nobis procuratis et missis ad congregationem quam adversus Cimbriam [1] habebamus . . . .

CXXXIV.

König Christoph (II.) von Dänemark schließt einen Bund mit dem Grafen Gerhard (III.) von Holstein, der sich zu Hülfsleistung verpflichtet und alle von König Erich empfangenen Schuldverschreibungen zurückzugeben versprochen hat. 1322. Juli 10. [2]

Christoforus Dei gratia Danorum Schlavorumque rex Omnibus presens scriptum cernentibus salutem in Domino sempiternam. Notum facimus universis presentibus et futuris, quod sub anno Domini millesimo trecentesimo vicesimo secundo, sabbato proximo ante diem beate Margarete virginis, Stike in Monia, cum nobili domino domino Gerardo, Dei gracia comite Holsacie et Stormarie, in modum qui sequitur placitavimus: videlicet quod idem dominus Gerardus fide data promisit et promittit et ad hoc se firmiter obligavit, quod nobis et liberis nostris perpetuo ubique in Dacia et ubicumque alibi ex ista parte Eydore et maris salsi cum triginta hominibus, armis et dextrariis bene expeditis, quociens et quandocumque ipsos habere voluerimus ab eodem, contra omnes homines servire debeat benivole fideliter et constanter, et castra ejusdem domini comitis, civitates et municiones singule nobis et liberis nostris parata esse debeant et aperta, ita quod nos et liberi nostri de dictis castris civitatibus et municionibus, cum necesse habuerimus, inimicos nostros et hostes ledere dampnificare poterimus et odire; ex alia vero parte maris, videlicet in Alemannia, cum toto posse suo, videlicet castris civitatibus municionibus et vasallis omnibus, perpetuo, ubicumque quandocumque et quocienscumque a dicto domino comite nos et liberi nostri servicium habere voluerimus, cum totis viribus suis, nobis, ut premittitur, servire teneatur, et castra civitates et municiones singule dicti domini comitis Gerardi nobis et liberis nostris parata esse debeant et aperta, quod nos et liberi nostri ex dictis castris civitatibus et municionibus inimicos

[1] Hier ist Imbriam zu lesen oder doch zu verstehen. In dem Jahr vorher, die Nicolai episcopi (Dec. 6) hatten sich die Bewohner der Insel Fehmarn verpflichtet dem König Christoph von Dänemark und seinen Nachkommen anzuhängen wie sie es seinen Vorfahren gethan, Hvitfeld p. 415.

[2] Gedruckt bei Suhm, Historie af Danmark XII, p. 348, aus einer Abschrift Langebeks des Originals im Geheimen Archiv.

legitimos procuratores et nuncios speciales, in causa vel causis, quam vel quas habemus vel habituri simus, cum nobili et spectabili viro domino nostro Adolpho comite Holtzacie et Stormarie, ad comparendum in civitate Lubicensi coram illustri principe domino Alberto Dei gratia duce Magnopolensi, comite Zwerinensi, Starghardie et Rostock terrarum domino, judice, ut asseruit, a gloriosissimo et serenissimo principe domino Karolo Romanorum imperatore semper augusto deputatus, seu quolibet alio judice dato vel dando, ad proponendum exceptiones quascunque nobis competentes, et ad eas probandum, si necesse fuerit, protestationes quascunque faciendum, petitiones quascunque dandum et recipiendum, protestandum et si necesse fuerit appellandum, et appellationem seu appellationes ratificandum et insinuandum et eas prosequendum, apostolos petendum et recipiendum, terminos et dilationes quascunque petendum et recipiendum, unum vel plures procuratorem vel procuratores substituendum, et eum vel eos ad revocandum et onus procuratorium in se resumendum, quando et quotiens eis vel eorum alteri videbitur expedire, sacramenta quelibet et honesta in animas nostras et cujuslibet nostrum faciendum et recipiendum, et omnia alia et singula faciendum, que in premissis et circa premissa quomodolibet necessaria fuerint et opportuna; gratum et ratum habituri, quicquid per predictos procuratores vel eorum alterum, substitutum vel substitutos ab eis vel eorum altero, actum gestum seu procuratum fuerit in premissis seu quolibet premissorum. In cujus rei testimonium secretum nostrum presentibus est appensum. Datum et actum 18. die mensis Maji anno a nativitate Domini 1363., in domo consulum in Hamborgh.

Quo procuratorio lecto et in vulgari exposito, pars domini Adolphi comitis predicti petiit sibi concedi examen procuratorii memorati; et interim, procuratorio nondum examinato, ut videbatur, dominus et magister Alanus predictus, nomine quo supra, quandam papyri cedulam, exceptiones sequentes continentem, produxit in hec verba:

Coram vobis illustri principe domino Alberto Dei gratia duce Magnopolensi, comite Swerinensi, Stargardie et Rostock terrarum domino, judice, ut dicitur, a gloriosissimo et serenissimo principe domino nostro Karolo Romanorum imperatore semper augusto deputato, in causa, quam spectabilis et nobilis dominus dominus Adolphus comes Holtzatie et Stormarie proconsulibus consulibus et civibus de Hamborgh movet seu movere intendit, procurator predictorum proconsulum consulum et civium, excipiendo dicit et proponit, vestre nobilitatis reverentia semper salva, quod non potestis neque debetis esse judex in dicta causa, et etiam ubi rescriptum imperiale vobis aliquam jurisdictionem tribueret, sicut non tribuit, ut inferius clarius proponetur, pro eo et ex eo, quod dicti proconsules consules et cives vos habent merito et rationabiliter suspectum, cum prefatus nobilis vir dominus Adolphus comes Holtsatie sit gener vester et filiam vestram conthoralem suam habet, sicut notorium, que quodammodo una persona censetur vobiscum, et nemo in propria causa idoneus sit judex; unde etiam dicit et proponit dictus

procurator excipiendo, quod rescriptum imperiale ad vos obtentum est per falsum procuratorem impetratum et veritate tacita et falsitate suggesta, quam si impetrans expressisset, eo minus noster imperator dictum rescriptum nullatenus concessisset, quia dictus impetrans mandatum ad hoc non habebat; nam nobiles et spectabiles viri domini Henricus et Nicolaus fratres comites Holtzacie et Stormarie, qui in dicto rescripto continentur, expresse negant et dicunt, dictum rescriptum sine ipsorum scitu et voluntate impetratum. Preterea dictum rescriptum si aliquam impendendo vobis jurisdictionem tribuisset, sicut non tribuit, totaliter exspiravit, ex eo quod nobilis et spectabilis vir dominus Johannes comes Holtzacie, bone memorie, pater dicti domini Adolphi, cujus nomine dictum rescriptum fuit impetratum, re integra de medio est sublatus, et prefatus dominus Adolphus, ejusdem domini Johannis filius, in dicto rescripto minime continetur, sicut ex ipsius inspectione apparet manifeste. Premissa petit et proponit dictus procurator meliori modo et forma quibus potest et debet, conjunctim et divisim, et supplicat nobilitati vestre, ut obstantibus dictis exceptionibus justis et legitimis in causa non procedatis, sed pronuncietis virtute rescripti dicti, vobis nullam jurisdictionem competere; et protestatur, quod premissa possit corrigere declarare et alia de novo dare, si opus fuerit, et alias ut moris est.

Lectis vero exceptionibus hujusmodi et in vulgari expositis, pars domini Adolphi comitis predicti hujusmodi procuratorium supradictum impugnavit, dicens, ipsum fore insufficiens et alias tale quod in presenti causa non faceret nec facere possit plenam fidem, et quod talis procurator non posset jurare in animam universitatis. Magister vero Alanus predictus, nomine quo supra, replicando dixit, quod ipsum procuratorium esset sufficiens quoad terminum presentem, cum nullum juramentum adhuc esset necessarium facere in animas quorumcunque. Quibus omnibus et singulis sic productis et lectis, et mihi Hinrico Wittenborgh notario supra et infra scripto, de mandato dicti domini Alberti Magnopolensis ducis et judicis, ad manus presentatis et traditis, idem dominus Albertus dux et judex decrevit copiam utrique parti omnium productorum per utramque partem coram ipso, et deliberatione prehabita assignavit partibus terminum, videlicet horam vesperorum diete diei 26. mensis Maji in loco predicto, ad deliberandum super producta pro utraque parte et dicendum suam voluntatem. Acta sunt hec anno indictione mense die hora loco pontificatu et imperio quibus supra, presentibus ibidem reverendis in Christo patribus dominis Vromoldo sancte Rigensis ecclesie archiepiscopo et Bertramo Lubicensis ecclesie episcopo, ac venerabilibus et discretis viris dominis Hinrico de Vemeren cantore dicte ecclesie Lubicensis, Johanne decano, Ludolpho cantore, Hardwico canonico ecclesie Hamburgensis, necnon Wedekino de Monte nobili advocato ecclesie Mindensis, ac strenuis, Ludero de Owe, Keye Rantzow, Hardwico Splitt et Timmone Marute, militibus ac honorabilibus Hermanno de Witte, Bertramo Vorad, proconsulibus, Bernhardo Pleschow, Seghebade Crispin, consulibus Lubicensibus,

Johanne Sunderstede, Bremensis, Dethlevo Ghryp, Lubicensis diocesis, ac Reynero Hermanni de Wittehorgh clerico Lubicensi, publico notario, ac aliis pluribus fide dignis testibus ad premissa vocatis specialiter et rogatis.

Hora vesperorum vel quasi ejusdem diei 26. mensis Maji predicti, in loco predicto, comparentibus partibus predictis, coram eodem domino Alberto duce Magnopolensi, ad reddendum jura pro tribunali sedente, pro parte dicti domini Adolphi comitis fuit petitum et postulatum, ut ipse dux Albertus dux et judex, in hujusmodi causa sibi commissa a domino nostro Karolo Romanorum imperatore predicto, juxta formam sibi traditam procedere dignaretur; pro parte vero dicti Hinrici Wiltfangh procuratoris, ut dicitur, dominorum proconsulum consulum et civium civitatis Hamborgh, et pro eis et eorum nominibus per magistrum Alanum predictum fuit petitum, ut ipse dominus Albertus dux Magnopolensis in dicta causa non procederet, obstantibus exceptionibus suis et dominorum suorum predictorum, eadem die hora tertiarum vel quasi coram ipso productis, et pronunciaret, sibi jurisdictionem non competere ratione rescripti imperialis supradicti, producens et exhibens quandam papyri cedulam domino Alberto duci predicto, quandam appellationem dominorum suorum predictorum, ut asseruit, continentem; et ad dominum nostrum imperatorem et ejus sacram imperialem curiam, prout in ipsa cedula contineri dixit, viva voce appellavit. Quam cedulam idem dominus Albertus dux et judex non recipiens nec admittens, dixit et pronunciavit, quod in dicta hujusmodi causa procedere vellet secundum traditam a domino nostro Karolo imperatore predicto sibi formam, nec de cedulis suis se intromitteret nec cessare vellet, donec aliud a predicto eodem domino nostro Karolo imperatore reciperet in mandatis, nec male facere intenderet contra justitiam et honorem, pro eo quod dominus Adolphus comes predictus filiam suam haberet conthoralem, et spераret, se numquam fecisse contra honorem suum, nec male facere velle vita sibi comite temporibus affuturis, nec etiam in presenti, et quod dicti proconsules consules et cives Hamborgenses excederent et magnas injurias facerent sibi talia imponendo. Quibus sic pronunciatis et dictis per dominum memoratum ducem, prefatus magister Alanus, nomine quo supra, ipsam papyri cedulam, appellationem dominorum suorum continentem, ut dixit, dicto domino Alberto duci denuo ad manus presentante, et me Henrico Wittenborgh et aliis notariis publicis ad presentem causam requisitis eam non recipientibus, exhibitam aperuit et legere voluit; sed dominus Albertus dux et judex predictus eam legi audire recusavit, dicens, velle procedere in hac causa, prout haberet in mandatis, ut prefertur [1]. Audiens et videns magister Alanus prelibatus, quod ipsam cedulam, appellationem dominorum suorum predictorum, ut dixit, continentem, nullus recipere vellet, eandem cedulam, quam in

[1] presens die Ausgabe.

manu tenebat, ante pedes dicti domini Alberti ducis posuit, et recessit una cum dicto procuratore, ut dicitur, proconsulum consulum et civium predictorum.

Post quorum recessum immediate pro parte domini Adolphi comitis predicti ibidem permanentis fuit petitum solemniter et postulatum, ut idem dominus Albertus dux et judex procedere dignaretur in hac causa secundum traditam sibi formam a domino nostro imperatore supradicto. Ipse vero dominus Albertus dux et judex deliberatus, ad instantiam partis, sic sufficienter ut dicebatur comparentis ibidem in judicio coram eo, processit in hac causa de jure et consuetudine illius patrie ut videbatur hactenus observatis, deductis hinc inde multis interrogationibus et responsionibus consuetis, juxta seniorum peritorum militum et vasallorum illius patrie ibidem astantium per ipsum Albertum ducem et judicem in hac parte requisitorum consilia et edicta. ipsos proconsules consules et universitatem civium civitatis Hamborgh, minus sufficienter ut dicebatur ibidem comparentes, contumaces reputavit, et eis certum terminum competentem 14. diem ex tunc immediate et continue sequentem ad expurgandam eorum contumaciam, et allegandum causas rationabiles, quare judicium suum, immo verius domini imperatoris predicti, legitime citati, contempsissent et contemnerent, assignavit, decernens eis denuo servandum, et committens duobus armigeris vasallis suis, videlicet Volrado de Tralowen et Hinrico Block ibidem presentibus, quod dictos proconsules consules et universitatem civitatis Hamborgh citarent, ut termino hujusmodi eis assignato comparerent, contumaciam suam purgatum [1], et deinde facturi prout juris ordo suaderet et dictaret, cum intimatione, quod, sive venerint sive non, ipse procedere intenderet, prout haberet in mandatis, ut prefertur. Presentibus reverendis in Christo patribus, dominis Vromoldo sancte ecclesie Rigensis archiepiscopo et Bertramo Lubicensis ecclesie episcopo, ac venerabilibus et discretis viris dominis Hinrico de Vemeren cantore dicte ecclesie Lubicensis, Johanne decano, Ludolpho cantore, Hardwico de Salina, canonicis ecclesie Hamborgensis, necnon nobili Wedekino de Monte advocato ecclesie Mindensis, ac strenuis Ludero de Owe, Keye Rantzow, Hardwico Spliit et Timmone Marute, militibus, ac honorabilibus Hermanno de Wickede, Bertramo Vorad, proconsulibus, Bernardo Pleschow, Seghebade Crispini, consulibus civitatis Lubicensis, necnon Johanne de Sunderstade, Bremensis, Dethlevo Ghryp, Lubicensis diocesis, et Reynaro Hermanni de Wittenborg clerico Lubicensi, notario publico, et pluribus aliis fide dignis testibus ad premissa vocatis et rogatis.

Anno a nativitate Domini 1363., indictione prima, die 23. [2], que fuit vespera beati Johannis baptiste. hora completorii vel quasi, in domo superiori consulum civitatis Lubicensis, annis pontificatus et imperii supradictis, predicto domino Alberto duce

[1] Vielleicht purgaturi. [2] Juni.

Magnopolensi judice, ut dicitur, in hac causa ad reddendum jura pro tribunali sedente, magister Alanus predictus ex parte Hinrici Wiltfangh procuratoris, ut dicitur, dominorum proconsulum consulum et civium civitatis Hamborgh predictorum, presentiam ibidem non animo comparendi, ut asseruit, in judicio coram eodem Alberto duce Magnopolensi, dixit et proposuit, quod 26. die mensis Maji presentis anni, hora et loco supradictis, ab eodem domino Alberto duce Magnopolensi appellasset, ejus judicium quoad presentem causam omnimode declinando, et jam esset tempus legitimum apostolos petendi, quos sic cum instantia petiit sibi dari, virtute appellationis sue et dominorum suorum predictorum; ad que dominus Albertus dux et judex predictus respondens dixit deliberatus, quod iste presens terminus esset de communi consensu utriusque partis et per ipsas partes arbitratus ad ulterius procedendum in hac causa, et propter hoc ibidem processurus, ut haberet in mandatis a domino nostro imperatore supradicto; et sic instrumentum consensus ibidem fuit productum, et mihi Hinrico Wittenborgh, presentis cause notario, ad manus presentatum, actis presentibus inserendum, tenoris immediate subsequentis:

In nomine Domini amen. Anno nativitatis ejusdem 1363., indictione prima, mensis Maji die 15., hora quasi terciarum, in curia domini Antonii de Plesse canonici ecclesie Lubicensis, pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini domini Urbani benigna Dei providentia pape quarti anno primo, in presentia illustris principis domini Alberti ducis Magnopolensis judicis ad hec auctoritate imperiali deputati, meique notarii publici, testium etiam subscriptorum, personaliter constituti nobilis vir dominus Adolphus comes Holtzacie et Stormarie, ex una, et Hinricus Wiltfangh procurator proconsulum consulum et oppidanorum, ut asseruit, Hamburgensium, parte ex altera, retulerunt et proposuerunt coram domino Alberto duce et judice predicto, quod vellent paci intendere et se vellent componere si possent; unde dictus judex dominus dux paci volens congaudere, post multa terminum ad procedendum ultra in causa feriam sextam ante festum Johannis baptiste, si compositio non interveniret, assignavit expresse de consensu partium utrarumque et rogatu. Acta sunt hec anno indictione mense die hora loco et pontificatu quibus supra, presentibus nobili viro domino Hinrico comite Holtzatie et Stormarie, Johanne decano ecclesie Hamburgensis, et alia multitudine populi. Subscriptio vero istius instrumenti fuit et est talis: Et ego Ghodewicus de Gelia clericus Coloniensis diocesis, publicus imperiali auctoritate notarius, hujusmodi termini assignationi ac aliis [*omnibus*] et singulis suprascriptis una cum prenominatis testibus presens interfui, eaque sic fieri vidi et audivi, et in hanc publicam formam manu propria scribendo redegi, meisque signo et nomine solitis signavi, requisitus et rogatus.

Quod quidem instrumentum publicum idem dominus Albertus dux et judex pro lecto habuit, et omnia in eo contenta habuit expressa. Extunc magister Alanus et Hin-

ricus Wiltfangh predicti, nomine quo supra, unanimiter dixerunt, quod in ipsum dominum Albertum ducem Magnopolensem tanquam in judicem et jurisdictionem suam nunquam concessissent, sed quod 28. die mensis Maji predicti, que fuit octava pentecostes, fuit dies dominica et festum sancte Trinitatis, in qua ipse dominus Albertus dux nullam jurisdictionem exercere potuit, dies placitorum et tractatuum compositionis amicabilis inter predictas partes interveniendo acceptassent, que etiam fuerunt observate, et sic iterum apostolos, ut prius, sibi dari, nomine quo supra, cum instantia petierunt. Ad que dominus Albertus dux et judex memoratus replicando eundem sermonem dixit, se velle procedere in hac causa ut haberet in mandatis, ut prefertur. Quibus auditis, dictus Hinricus Wiltfangh, procurator proconsulum consulum et civium civitatis Hamborgh, quandam papyri cedulam produxit, appellationem quandam continentem, et viva voce et in scriptis, prout in dicta cedula contineri dixit, ad dominum imperatorem et ejus sacram curiam imperialem appellavit. Cui appellationi idem Albertus dux et judex non detulit, dicens, se non posse secundum cedulas suas et scripturas expedire, cum de jure et consuetudine istius patrie coram eo ageretur in hac causa. Et tandem ipsam cedulam pro lecta habuit; quam idem procurator mihi notario Hinrico hujus cause ad manus presentavit ibidem, actis presentibus inserendam, requirens me, ut sibi et dominis suis supradictis super his, unum vel plura conficerem publica instrumenta, et protestabatur expresse ibidem, quod a prima appellatione sua et dominorum suorum non recederet nec recedere intenderet, ut in eadem appellatione dixit contineri. Et sic idem Hinricus procurator et magister Alanus predictus unanimiter recesserunt, judicium ipsius domini Alberti ducis Magnopolensis quoad presentem causam omnimode declinantes. Tenor vero hujus appellationis de verbo ad verbum est talis:

Coram vobis illustri principe domino Alberto duce Magnopolensi, comite Swerinensi, Stargardie et Rostock terrarum domino, judice, ut dicitur, a gloriosissimo et serenissimo principe domino nostro Karolo imperatore Romanorum semper augusto deputato in causa, quam spectabilis et nobilis vir dominus Adolphus comes Holtzatie proconsulibus consulibus et civibus in Hamborgh movet vel movere intendit, ego Hinricus Wiltfangh, procurator predictorum proconsulum consulum et civium, dico et propono, quod alias de presenti termino 26. die mensis Maji in domo superiori dominorum camerariorum consulum Lubicensium in presentia nobilitatis vestre quandam appellationem bonam in forma et veram in facto interposuerim, quam tamen nec audire nec recipere voluistis, sed simpliciter audire recusastis, quam etiam ante pedes vestros poni feceram, et recessi. Cujus appellationis tenor de verbo ad verbum fuit et est talis:

„Coram vobis illustri principe domino Alberto Dei gratia duce Magnopolensi, comite Swerinensi, Starghardie et Rostock terrarum domino, judice, ut dicitur, a gloriosissimo et serenissimo principe domino nostro Karolo Romanorum imperatore semper

augusto deputato in causa, quam spectabilis et nobilis vir dominus Adolphus comes Holtzatie proconsulibus consulibus et civibus de Hamborgh movet seu movere intendit, procurator predictorum proconsulum consulum et civium appellando dicit et proponit, quod cum idem procurator in presentia nobilitatis vestre exceptiones veras justas et legitimas proposuerit et in scriptis produxerit, quare judex in dicta causa esse non possetis nec deberetis; quarum exceptionum tenor est talis: „Coram vobis illustri principe domino Alberto ...., et alias ut est moris.“ [*wie oben p. 254*]; — cum igitur dictas exceptiones et earum quamlibet, communiter vel divisim, non admiseritis nec admittere volueritis, ego procurator predictus, sentiens dictos dominos meos a repulsatione dictarum exceptionum indebite et injuste, vestre nobilitatis reverentia semper salva, gravatos, et timens in posterum amplius gravari debere, a dictis gravaminibus et eorum [*quolibet*], conjunctim vel divisim, ad dictum dominum nostrum Karolum imperatorem et ad curiam predictam imperialem nomine predictorum dominorum in hiis scriptis provoco et appello, et apostolos primo, secundo, tertio instanter et cum debitis instantiis mihi dari peto, submittens me, dominos meos, eis adherentes et adherere volentes, protectioni et defensioni dicti domini nostri imperatoris et curie sue supradicte‘.

Et postea sequenti die plures tractatus fuerunt habiti in domo reverendi in Christo patris domini archiepiscopi Rigensis in civitate Lubicensi, de placitis et amicabilibus tractatibus inter prefatum dominum Adolphum comitem, ex una, et proconsules et cives Hamborgenses, ex altera parte, servandis, sine prejudicio partis utriusque, et jure partium utrarumque semper salvo. Et de placitis predictis fuit taliter concordatum, quod in presentia vestra et nobilis et spectabilis viri domini Hinrici comitis Holtzatie, sequenti die, que fuit octava pentecostes dies dominica et festum sancte Trinitatis, predicta placita per partes deberent acceptari, dicto die dominico et festo sancte Trinitatis, hora tertiarum vel quasi, in domo honorabilis domini Antonii de Plesse canonici Lubicensis, dicti dies placitorum per me fuerunt acceptati, cum protestatione, quod appellatio et jus dominorum meorum in omnibus maneat semper salvum, licet vos sine consensu meo presentem vel hodiernum diem pro termino assignaveritis, quod jure facere non potuistis, propter diem festum et feriatum in honorem Dei et sanctorum introductum; etiam si ego consensissem, sicut non consensi, sed semper de contrario sum protestatus; modo dicitis, me in dictum terminum et jurisdictionem consensisse, ad circumventionem dominorum meorum, prejudicium et gravamen, reddendo vos partialem et magis suspectum, propter quod de novo sentio me et dominos meos per vos indebite gravatos, et timens in posterum magis gravari debere, de novo et ex nova causa suspicionis, et a quolibet alio gravamine mihi et dominis meis illato, cum protestatione, quod a mea prima appellatione non recedo neque recedere intendo, sed illam cum ista et istam cum illa prosequi volo, quolibet juris beneficio mihi et dominis meis in omnibus semper salvo,

ad dictum dominum Karolum imperatorem et ad curiam suam imperialem nomine dominorum meorum in his scriptis provoco et appello, et apostolos primo, secundo, tertio instanter et cum debitis [*instantiis*] mihi dari peto, submittens me et dominos meos predictos, adherere volentes et sic adherentes, protectioni et defensioni dicti domini nostri imperatoris et curie sue supradicte.

Tandem pro parte domini Adolphi comitis Holtzatie predicti, per se ibidem in judicio comparentis, coram domino Alberto duce et judice supradicto, famulus strenuus et famosus Hardwicus de Ritzerouw, vasallus ejusdem domini Adolphi comitis, dictum dominum Albertum ducem et judicem cum instantia requisivit, ut juxta traditam sibi formam a domino nostro imperatore predicto procedere dignaretur in hac causa, petens, prout [*casú*] de jure et consuetudine patrie, ut videbatur, quatinus se deliberare posset super agendis in judicio in hac causa. Qua deliberatione concessa per judicem, et deliberatione habita per ipsam partem, idem Hardwicus, nomine quo supra, petivit in jure, ex quo proconsules consules et universitas civitatis Hamborgh pluries citati legitime per dominum Albertum judicem predictum, auctoritate imperiali ad hoc specialiter delegatum, et contumaces reputati, et jam quidam potiores proconsules et consules civitatis Hamborgh in civitate Lubicensi essent presentes, et judicium suum, immo verius ipsius domini imperatoris contempsissent et contempnerent, et terminum presentis diei, per eos seu procuratorem eorum predictum arbitratum, non servarent, in contemptum imperialis majestatis, et domino suo Adolpho comiti predicto injurias et violentias maximas facerent, temere et injuste ipsum ab hereditate sua paterna, scilicet civitate Hamborgh, ac juribus et pertinentiis suis universis predictis penitus excludendo, prout in libello dicti domini sui Adolphi comitis coram eo oblato dixit plenius contineri; requirens eundem dominum Albertum ducem et judicem, ut sibi et domino suo predicto de juris remedio providere et petita in libello suo coram eo oblato adjudicare et partem adversam ad dimissionem eorundem petitorum condempnare et ipsum dominum suum Adolphum comitem in possessionem pacificam et perpetuam omnium et singulorum sic petitorum in dicto suo libello inducere dignaretur. Dictus autem dominus Albertus dux et judex, deliberatione prehabita, requisivit dominum Hinricum de Stralendorppe militem presentem, quatinus se deliberaret una cum senioribus peritis astantibus ibidem militibus et vasallis illius patrie, juxta eorundem edicta ipsum informando, qualiter et quomodo procedere deberet in hac causa, quod nulli partium injuriam facere videretur. Qui juxta eorum consilia et edicta deliberans, respondit in hunc modum: quod tribus vicibus successivis presentis diei proconsules consules et universitas predicti, ut in presenti judicio coram eodem judice comparerent, eodem termino deberent per ipsum judicem ad hanc causam postulari, justitiam reddituri, prout esset de jure et consuetudine illius patrie, quod postea procederet ut de jure. Quibus sic postulatis non

comparentibus, Hardwicus de Ritzerow predictus, nomine quo supra, petivit in jure, ex quo iidem proconsules consules et universitas civitatis Hambergh, sic legitime citati vocati et postulati, non comparuerint nec comparerent, et judicium dicti judicis, immo verius domini imperatoris contempserint et contempnerent, quamdiu eorum ibidem comparitio et responsio super petitis predictis deberet exspectari. De quo jure idem judex requisivit dominum Johannem de Plesse militem; qui deliberatus cum peritis astantibus predictis, respondit, ordine juris et consuetudinis illius patrie hactenus observato, quod ipsorum proconsulum consulum et universitatis Hamborgensis adventus comparitio et responsio, ut predicitur, exspectari deberet ibidem per judicem ipsum et partem sic comparentem, quousque solares radii a nostro hemispherio presenti die inciperent declinare et ipse sol manifeste tenderet ad occasum [1]. Et sic ipse judex informatus, ut predicitur, eorundem adventum comparitionem et responsionem exspectavit. Quibus sic exspectatis non comparentibus, et sole nubilante [2], dictus Hardwicus, nomine quo supra, ulterius quesivit in jure, ex quo predicti proconsules consules et universitas Hamborgensis, sic sollempniter citati vocati postulati et exspectati, non comparuerunt nec comparerent, et ipsius judicis, immo verius domini imperatoris judicium contempserunt et contempnerent, et terminum presentem [3] per eos arbitratum, ut predicitur, contumaciter et tamen non servarent: quid et quantum domino suo Adolpho comiti predicto esset de jure adquisitum; et speraret, quod per hoc ipsi proconsules consules et universitas predicti a jure suo cecidissent, si quid habere viderentur in ipsa civitate Hamborgensi et in suis pertinentiis, et per ipsum judicem merito deberent convicti judicari, et ipsis sic convictis, omnia et singula in libello domini Adolphi comitis predicti petita sibi adjudicari, et in possessionem pacificam eorundem petitorum per ipsum judicem introduci. De quo jure dictus judex requisivit dominum Hinricum de Stralendorp militem supradictum; qui juxta prudentum ibidem astantium consilia et edicta, deliberatus subintulit, quod ex equo proconsules consules et universitas civitatis Hamborgh predicti, legitime citati vocati postulati et exspectati, ac terminum presentem per eos arbitratum non servantes, non comparuissent nec comparerent, et ipsius judicis, immo imperatoris judicium contempserunt et contempnerent, ipsi proconsules consules et universitas Hamborgensis et quilibet eorum, conjunctim et divisim, a jure suo cecidissent et eciderunt, si quid habere viderentur in ipsa civitate Hamborgensi et suis pertinentiis memoratis; et quod ipse dominus Albertus dux et judex eosdem et eorum quemlibet, communiter et divisim, deberet merito convictos judicare et discernere, et per suam sententiam diffinitivam omnia et singula petita per dominum Adolphum comitem predictum sibi adjudicare, juxta ejus libelli predicti continentiam et tenorem. Audiens autem idem Albertus dux

[1] Vgl. Jac. Grimm deutsche Rechtsalterthümer p. 846. [2] Sol nubilatur steht für sol occidit. Mich.
[3] per vos pres. die Ausgabe. Nachher scheint et tamen verdorben.

motiva prudentium ibidem astantium, militum et vasallorum illius patrie peritorum, juxta eorum consilia et edicta et illius patrie consuetudinem, ut videbatur, hactenus observatam, pronunciavit declaravit et decrevit per suam diffinitivam sententiam: Ipsos proconsules consules et universitatem civitatis Hamborgh et eorum quemlibet, conjunctim et divisim, a jure suo, si quod haberent in ipsa civitate Hamborgh, exigente justitia, merito cecidisse et cadere debere, et jam ceciderunt, et eos et eorum quemlibet quoad premissa convictos judicavit, et omnia et singula petita in libello predicto ipsius domini Adolphi comitis predicti Holtzacie eidem adjudicavit, condempnationem expensarum obmittens ex causa. Extunc idem Hardwicus, nomine domini sui Adolphi comitis predicti, domino nostro imperatori ac domino Alberto duci et judici presidenti debita referens gratiarum merita, ulterius quesivit in jure, ex quo omnia petita in libello dicto domini sui Adolphi comitis predicti eidem essent adjudicata sollempniter, quis deberet esse omnium et singulorum sic adjudicatorum executor, inducens eundem dominum suum Adolphum comitem in possessionem eorundem; de quo jure idem judex requisivit dominum Ravonem de Barnekow militem; qui cum peritis astantibus predictis deliberatus subintulit, quod majestas imperialis et ipse dominus Albertus dux et judex predictus, auctoritate domini imperatoris memorati, eundem dominum Adolphum comitem Holtzatie deberet inducere in possessionem pacificam omnium et singulorum sibi adjudicatorum predictorum. Respondens autem dominus Albertus dux et judex sepedictus, quod, si et in quantum fieri posset, libenter esset supportatus, sed in quantum excusari non posset, exigente justitia, ob reverentiam domini nostri imperatoris predicti et ipsius sacre imperialis curie per[*ficere* [1]] vellet libenter, quantum in eo esset, prout de jure teneretur, opportunis temporibus requisitus, et negotium sic instructum et coram eo ut prefertur actitatum ad dominum nostrum imperatorem et ejus sacram imperialem curiam vellet remittere, etiam suis ..... [1] sumptibus et expensis, ob reverentiam domini imperatoris et ejus imperialis dignitatis.

Acta sunt hec anno indictione mense die hora loco pontificatu et imperio quibus supra, presentibus reverendo in Christo patre ac venerabilibus viris dominis Bertramo episcopo, Bertramo Bere cancellario domini Alberti ducis Magnopolensis predicti, et magistro Johanne Borghermeyster, canonicis ecclesie Lubicensis, necnon inclito Alberto duce Saxonie, et nobili Hinrico comite Holtzatie, ac strenuis Johanne de Plesse, Hinrico de Stralendorp, Ravone de Barnekowe, Keye de Rantzow, Hinrico de Reventlow, Ludero de Owe, Ghodtschalco de Wittbergh, Johanne Hummersbüttle, Timmone Marute, Nicolao Krummedike alias dictus Mezeke, Vickone [2] Molteke, Johanne Molteke, Breyde Rantzow, Hardwico Heesten, Hinrico Brockdorp, Johanne de Zigghem, militibus, et robustis

[1] Lücke in der Urkunde.
[2] Vickone die Ausgabe, wo auch vorher Hummersttütle gedruckt ist.

Volrado Schütze, Gherardo Hacken, Ludolpho Scharpenbergh, Henrico Walstorp, Johanne Stake, Sten de Kurow, Volrado et Lodero dictis Lutzow, Marquardo Desenrade, Egghardo Krummedik et Detlevo Qvale, armigeris, aliisque pluribus fide dignis testibus ad premissa vocatis specialiter et rogatis. Et ego Hinricus Wittenborgh clericus Ratzeburgensis diocesis, publicus imperiali auctoritate notarius, premissis omnibus et singulis, dum sic agerentur et fierent, una cum prenominatis testibus presens interfui, eaque sic fieri vidi et audivi, et ad mandatum et requisitionem illustris principis domini Alberti ducis Magnopolensis, judicis predicti, in hanc publicam formam redegi.

CCII.

Herzog Waldemar (V.) von (Süder-)Jütland läßt die Erben des Hakon Frelleſſen frei von allen Anſprüchen. 1363. November 13.

Original im Geheimen Archiv.

Omnibus presens scriptum cernentibus Waldemarus Dei gracia dux Jucie salutem in Domino sempiternam. Noverint universi, quod nos latores presencium heredes omnes et singulos Haquini Frellefsson quittos pro omnibus causis, quas contra ipsos racione computacionis vel aliis causis habuimus, per presentes dimittimus et penitus excusatos, dimittentes sibi omnia bona sua et singula ita libera, ut bona dicta suscepimus ab eisdem, et eadem libertate qua prefatus Haquinus ab antiquo utebatur in bonis supradictis. Datum Synderborgh in presencia nostra, nostro sub sigillo, anno Domini 1363. in secunda feria post festum beati Martini confessoris.

CCIII.

Mehrere Ritter und Knappen aus dem Lande Ratzeburg treten in den Dienſt des Grafen Adolf (VII.). 1363. December 8.

Original im Geheimen Archiv.

Wy Detlef van Parkentyn, Eghart van Crumesse, riddere, Hartwich van Ritzerowe de olde, Henneke van Crumesse, Hartwich van Ritzerowe Tidekenzone, Not...... van Parkentyn, Detlef Gronowe, Hinrich van Crumesse, Diderich van Ritzerowe, Eler van deme Duvenze, Hinrich Gronowe, Marquard van Crumesse, desse vorbenomeden bekennen unde betughen openbare in dessem breve, dat wi uns gheheret hebben in greven Alves van Holsten unde van Stormeren denest, alzo dat wi eme denen scholen mit live unde mit gode in denen landen to Holsten unde Stormeren unde deme lande to Razeborgh,

dar wi ane bezeten sint, efte he eder jenman van ziner weghen uns eschede in zin denest; neme wi jenighen schaden eder vromen in der reyze, des schaden schal he uns gansliken afnemen, unde de vrome schal gansliken to em komen. Men unsen heren van Sassen schole wi don des wi en plichtich zint, und unse vrent de uns hören willen, de wille wi bi rechte beholden, de schal ok unse [*vorspro*]kene here greve Alf bi rechte laten. Vor desse stucke zunder jenigherhande arghelist in goden truwen vast to holdende love wi vorbenomeden unseme vorschrevenen heren greven Alve. In de betuchnisse desser dingh zo hebbe wi unse inghezeghele ghehenghet vor dessen bref, de ghegheven unde ghescreven is na Godes bort duzent jar drehundert, an deme dre unde zestighesten jare, in deme daghe unser leven Vrowen alze ze untfanghen wart.

Auf der Rückseite: Confederacio vasallornm dominorum Saxonie ad dominum A. comitem; non extendit se ad heredes.

CCIV.

Graf Adolf (VII.) beurkundet daß er Fehmarn von König Waldemar von Dänemark zu Lehn empfangen und sich mit demselben verbündet hat. 1364. Februar 29.[1]

Wy Alf[2] van der gnade Godes greve to Holzsten unde to Stormern bekennet openbare in dessem breve, dat de dorluchtighe vorste use leve here koningh Woldemar to Denemarken us dat lant to Vemeren ghelent heft, mit also danigher rechticheyt, als use vader greve Johan, des wol ghedacht sy, dat van em to lene hadde, und wy hebben dat lant van em entvanghen, und sin sin man dar van gheworden, unde alle breve, de use here koningh Woldemer to Denemarken und use vader under sik um dat lant to Vemeren ghegheven hebben, de scolen by vuller macht bliven. Dar boven hebbe wy greve Alf vorbenomt us ghekert in uses heren koningh Woldemares to Denemarken denst um sine gnade und um sine vruntschop, und scolen und willen em volghen und denen mit veftich mannen mit helmen to allen tyden, wan use here koningh Woldemar to Denemarken edder dat rike to Denemarken dat van us eschende is, edder van des rikes weghen eschet wert; doch also, dat wan wy mit den vorbescrevenen lueen uses heren koningh Woldemares lant anroren, so scal use here koningh Woldemar vorbenomt win unde verlyst stan und us mit den luden spisen. Und wy greve Alf vorben(omt) scolen und willen usem heren koningh Woldemare und

[1] Mitgetheilt von Gramm, in den Schriften der Kjøbenhanſk Selſkab Bd. IV, p. 225, aus dem Original.
[2] Hier steht Aldof und das nächste Mal Aldoff in dem Abdruck, sonst immer Alf.

dem ryke to Denemarken behulpen wesen mit al user macht, wor it usem heren koningh Woldemare edder dem ryke to Denemarken werrende is, als en truwe man sinem heren und sins heren ryke to rechte scal. Und were dat use here koningh Woldemar vorben(omt) edder dat rike to Denemarken hulpe eschende were van us up de stede, dar scolde use here koningh Woldemar us ane besorghen also als en here sinen man to rechte scal. Vortmer wat scelinghe is edder werden mach twischen usem heren koningh Woldemare vorb(enomt), up ene syde, und usen veddern greven Hinrike und greven Clawesse van Holzsten und greven Alve van Scowinborch, up de anderen syde, des scole wy greve Alf van Holzsten vorben(omt) macht hebben minne und rechtes. Were aver dat greve Hinrik und greve Clawes to Holzsten und greve Alf van Scowinborch vorben(omt) des van usem heren koningh Woldemar nicht nemen wolde, wes wy en vor minne edder vor recht spreken, so gan us use here koningh Woldemar des, dat wy greve Alf to Holzsten vorben(omt) mit dem lande to Holzsten dar stille to sitten moghen, und mit user veddern greve Hinrikes und greve Claweses to Holzsten mannen, welker des vredes neten willen, und de scolen in dem vrede sitten, und wy greve Alf edder de use en scolen nemande behulpen wesen up usen heren koningh Woldemare edder up dat ryke to Denemarken. Were ok dat hir boven use veddern greve Hinrik und greve Clawes to Holzsten und greve Alf to Scowinborch mit heren edder mit steden edder anders jemant, it were we dat were, dat ryke to Denemarken mit arghe soken wolde, edder usen heren koningh Woldemare edder sin rike arghen wolde, dat scole wy greve Alf vorben(omt) und willen dat keren und helpen weren mit al user macht, als en truwe man sinem heren und sins heren rike to rechte scal. Vortmer were edder worde jeninch scelinghe twischen usem heren koningh Woldemare und hertoghe Alberte van Mekelenborch, des scole wy greve Alf to Holzsten vorben(omt) minne und rechtes mechtich wesen, doch so de ede lofte und breve, de eer twischen usem heren koningh Woldemare to Denemarken und dem van Mekelenborch sworen lovet und ghegheven sin, scolen unghebroken und by erer vullen macht bliven. Vortmer um de sculdginghe [*und*] scelinghe, de wy greve Alf vorben(omt) to koningh Magnus van Sweden und to koningh Haqwine van Norweghen hebben, des scal use here koningh Woldemar to minne und rechtes mechtich wesen. Dar boven scole wy greve Alf vorben(omt) [*den*] koninghen van Sweden und van Norweghen nicht arghes to keren. Were ok dat scelinghe worde twischen den hochgebornen vorsten hertogen Erike to Sassen, den hertogen van Stetyn, dem bischope van Kamyn, und dem van Mekelenborch und sinen kinderen, by der enen syden, und us greven Alve vorben(omt), by der anderen syden, des scal use here koningh Woldemar vorben(omt) minne und rechtes mechtich wesen. Vortmer um sculdginghe und rechticheyt, de uses heren koningh Woldemares man to us greven Alve und to usen mannen hebben, und um de schuldginghe und rechticheyt, de use

man to usem heren koningh Woldemare und to sinen mannen hebben, de scal stan to twen uses heren koningh Woldemares mannen und to twen uses greven Alves mannen, de scolen dar entsceden mit minne edder mit rechte. Konen se des nicht, so scal de hochgheborne vorste hertoch Erik to Sassen des en overman wesen; kan he dar nicht by wesen, so scal her Niclawes van dem Lembeke des en overman wesen; und dat scolen se don, wan men it en veer weken tovoren enbut edder secht, in des vorben(omeden) heren koningh Woldemares hove. Were, dat Got vorbede, dat de sulve use here koningh Woldemar afginghe, so scal men dat sulve don vor hertogen Erike to Sassen edder vor her Niclawese van dem Lembeke de vorbenomt sint. Vortmer scal use here koningh Woldemar vorben(omt) uns greven Alve vordeghdinghen und behulpen wesen, also als en here sinem manne to rechte scal to al usen noden. Were ok, dat Got vorbede, dat use here koningh Woldemer vorbenomte afginghe edder nicht to lande were, so scole wy greve Alf to Holzsten vorben(omt) dem rike to Denemarken behulpen wesen mit al user macht, und dat rike us wedder, like der wys oft use here koningh Woldemar vorben(omt) dar teghenwardich were, als en truwe man sinem heren und sins heren rike to rechte scal. Alle desse stucke, de hir vorghescreven stan, stede vast und untobroken ewichliken to holdene. love wy greve Alf to Holzsten vorben(omt) und hebben ghelovet usem vorbenomden heren koningh Woldemare to Denemarken in guden truwen, sunder jenigherleye arghelist und helperede, de us to hulpe komen konen und usem heren koningh Woldemare und dem rike to Denemarken to scaden komen konen. To merer betuginghe alle desser vorscrevenen stucken so hebbe wy greve Alf to Holzsten vorben(omt) mit witschop und mit willen use ingheseghel vor dessen bref ghehenght. De is ghescreven und ghegheven to Rödebiy up Lalande, na Godes bort drutteynhundert jar, in dem veer und sostighesten, des donredaghes vor Letare.

CCV.

Die Stadt Hamburg beurkundet den Vertrag den Graf Adolf (VII.) wegen seiner Streitigkeiten mit ihr geschlossen hat. 1364. März 18.[1]

Wy borgermeister ratmanne und burgere der stadt tho Hamborg, bekennen und betugen openbar in desser jegenwardigen schrift, dat wy gedhedinget hebben mit dem edelen heren, unsem leven heren graven Aleve tho Holsten und Stormarn, alse hir na geschreven steit:

[1] Gedruckt in Gründliche ..... Remonstration ..... Kopenhagen 1642. 4. Lit. BBB. Die Sprache ist hier in hohem Grade modernisirt, doch der Text selbst wie es scheint nicht verändert.

Wy Alef van der gnade Godes greve tho Holsten und Stormarn bekennen und betugen in desser jegenwardigen schrift openbar, dat wy, mit rade und mit volbort unser truwen manne und ratgevere, alle saken schelinge und unwillen, de wy hadden mit unsen truwen borgermeisteren ratmannen und borgern van Hamborg, und dar wy se umme baden lathen hadden und schuldigen vor deme edelen vursten heren Alberto hertogen tho Mekelenborg alse vor einem richter van des keysers wegene, und umb alle andere sake schelinge und unmuth, se weren upgestan wor se van upgestan weren, wenthe bet in disse tyd, hebben vruntlichen sonet und gantz endet und bendet, also dat wy des nummermer mit argern denken willet, noch wie noch unse rechte erven. Des stedege wy en alle ere privilegia und alle ere vryheit und besittinge, de se van unseren olderen und van uns hebbet, und wat van unsen olderen uthgekamen ys und uns anrörend is und wor se recht tho hebben. Und wie und unse erven scholen al unses rechtes, dar wy recht tho hebben, binnen der stadt tho Hamborg und buten, vrielicken bruken und besitten, wes uns vrye ys von rechtes wegene, und wes wy von rechtes wegene losen mogen, und wes uns von rechtes wegene anvallen mag und unse rechten erven. Unde wy und unse rechten erven schollen und willen vordeghedingen de sulven borgermeister ratmanne und borgere van Hamborg, alse unse truwen borgere, in alle wis dar yt en noth ys, sunder arghelist. Und de sulven borgermeistere ratmanne und borgere van Hamborg schollen uns und unsen rechten erven don, so wes se uns von rechtes wegene plichtig sin, sunder arghelist, alse eren truwen heren.

Alle desse vorschreven stucke love wy borgermeistere ratmanne und borgere van Hamborg, vor uns und vor unsem nakomelinge, unse truwen heren grave Alve van Holsten und van Stormarn und synen rechten erven stede und vast tho holden, sunder vorthogeringe und arghelist. Alle desse vorschreven stucke sint gedeghedinget und vollentagen tho Hamborg, in deme jare na Godes bort dusent drehundert, in dem verensostigsten jare, des mandages na Palme sontage, in unser jegenwardicheit und der kraftigen luden, hern Keygen van Rantzow und hern Hartwiges van Horst und hern Johannes van Ziggem, riddern, Geerth Hocken, Hartwiges Ritzerow, Henneken Staken, Hartwiges Hummershuttel, Henneken Krumessen, knapen, hern Wulfes des pravestes tho Pretze, hern Alberts unses kantzelers, hern Heine Hopes, hern Dideriches up dem Werde, Heinen vom Benge, Heinen Hogerchs, der borgermeistere und des menen rades tho Hamborg, mester Claws canonik tho Hamborg und unses capellanes, und hern Johan van Wustorpe. Tho ener gantzen bytuchginge so hebbe wy unser stadt ingesegel tho dessem breve gehenget.

CCVI.

König Albrecht von Schweden verpfändet dem Grafen Heinrich (II.) die Insel Gothland für 4000 Mark. 1364. Juli 26.

Original im Geheimen Archiv.

In nomine Domini amen. Wi Alberd van der gnade Godes der Sweden und der Ghoten koningh bekennen und betughen openbare in dessem breve, dat wi und use erven, na rade und vulbord user ratgheven, umb truwes denstes willen, den us use leve om Hinrik greve to Holzsten und to Stormeren in deme rike to Sweden daen heft, und dorch leve und vruntscop willen, em und sinen rechten erven hebben ghelathen und lathen in dessem jegenwordighen breve de stad to Wysbu mid deme ganzen lande to Godlande, als dat binnen siner schede licht, vor ver dusent mark lodighes sulvers, to eneme rechten pande nutliken und brukeliken to besittende und to beholdende, went so langhe dat wi em dat vorben(omede) sulver in ener summen und in ener sekeren stede, als to Lubeke, to Rozstok eder to der Wysmer, in desser dryer stede en, to ghode beret hebben, und denne scolen de vorben(omeden) pande us und deme rike ledich und los wesen, und wi scolen em de vorben(omeden) pande scheppen brukelken to besittende mid minne eder mid macht mid ganzen truwen. Und wi Nicolaus van der gnade Godes biscop to Lyncopinghe, Nicles Thuresson drozste des rikes to Sweden, Karolus Olfsson van Wlfsund, und Erik Karlsson, riddere, hebben to merer bekantnisse alle desser vorscrevenen dingh, und dat id allent mid usem willen und rade gescheen is, use ingheseghele bi uses vorben(omeden) heren ingheseghel henghet lathen vor dessen bref. De gheven und screven is to Junacopingh, na Godes bord drutteynhundert jar, in deme veer und sostigesten jare, des anderen daghes na sunte Jacobes daghe des hilghen apostels.

Zwei Siegel vorhanden. Auf dem Rücken steht: **A. rex Swecie impignoravit domino H. comiti Holtzacie oppidum Wisbu et totam terram Godlande pro IIII M. marcis argenti puri.**

CCVII.

Herzog Heinrich von Schleswig und zahlreiche Ritter beurkunden den Vertrag, der zwischen Graf Claus und den Erben des Heinrich von Reventlo wegen des Schlosses Tile geschlossen worden ist. 1364. September 11.

Original im Geheimen Archiv.

Al den ghenen de dessen jegenwardighen bref seen edder hören lesen, wy Hinrik van der gnade Godes hertoghe tu Sleswik. Breyde van Rantzow, Ywan van Reventlo, Witte Ywan van deme Crummendike, Godscalk Wildbergch, Johan van Siggem, Hartwich Heest, Clawes Kule. Clawes Ghus. Ywan Enghel van dem Crummendike, Hinrik Kutlitze kerchere tu Rendesborgch, Dideric Stralendorp der ratmanne scriver tu dem Kyle, prestere, Otto Wensin, Detlef Walstorp, Marquard Wischman, Seghebode, Erik, Borgchard, Johan Leveselle, Ywan Staverby, Eghard, Hartwich Busche [*de*] gheheten sint van dem Crummendike, Johan Schulenborgch. Johan Sudenkorf, Marquard Dossenrode, Johan Teghemat, unde Volrad van dem Knope, knechte, enbeden heyl an Gode. Wy bekennen unde betughen openbare in dessem jeghenwardighen breve, dat wy dar over unde jeghenwardich wesen hebben, dat de edele here Clawes greve tu Holsten unde tu Stormeren sich, van siner unde des edelen heren Hinrikes sines broderes greve tu Holsten unde tu Stormarn weghen, vor uns unde vor sine menen mannen, tu allem rechte vorboden heft teghen heren Hinrikes van Reventlo des ridderes rechte erfnamen, de sich dar mit rechte vor erven tu then wolden unde mochten, na erem deghedinges breve, de dar an beyden siden uppe gheven is uppe de stede unde tu den tiden also de sulve bref holdet, den wy seen unde hört hebben lesen, de see sprich van worden tu worden in desser wiis:

Dyt sint deghedinge tuschen greven Hinrike unde greven Clawese, uppe ene siden, unde tuschen her Hinrikes erfnamen van Reventlo, uppe de anderen siden. umme dat slot tu der Tylen. Dar scolen see an beyden siden umme tu rechte komen vor der vorbenomeden heren manne. Unde des slotes tu der Tylen loven see Wulve Rixstorpen unde Sivarde Dosenrode, mit deme ghude dat dar tu beleghen is, in der wiis so hir screven steyt. We dar recht wert unde dat slot hebben wil, de scal hern Hinrikes wif van Reventlo legheren binnen veer weken dar na, dat dit mit rechte unscheden wert. dar see recht tu heft, also dat er noghe: unde wat schuldich is de vorbenomede vrowe van hern Hinrikes weghen, dorch siner graft willen, edder van anderer schult, dar see vorsproken heft, des scal men see afnemen, de see redeliken unde openbare bewisen mach. Desse rechtedach scal wesen tu Rendesborgch de dingesdaghes na unser Vrowen daghe also see boren wart nu neghest tukomende. Vortmer were dat desse vrowe nicht leghert

worde binnen den neghesten veer weken na dessem vorscreven rechtedaghe, so scal Wulf unde Sivard vorbenomet dat slot wedder antworden der vrowen in der wiis also see it unfanghen hebben. Vortmer scal de Tyle der vorbenomeden heren open slot wesen unde eren rechten erven. Vortmer were dat Wulf unde Sivard scaden nemen van des slotes weghen, des scolen see de heren vorscreven edder hern Hinrikes erfnamen [1] afnemen, welch eer erer recht wert in deme slote. Desse vorscreven stucke scole de vorbenomeden heren der vorbenomeden vrowen unde eren erfnamen tu dem besten keren. Vortmer were dat de heren unde hern Hinrikes erfnamen vorbenomet Wulve unde Sivarde nicht afnemen, so mach Wulf unde Sivard hern Hinrikes wif legheren, unde holden dat slot in eren weren also lange, went see afghenomen sint van deme de dar recht ane wert.

Tu ener betughinge al desser vorscreven stucke sint unser aller ingeseghele ghehenghet tu dessem breve. Ghegheven unde screven is tu Rendesborgch, na Godes bord drutteyn hundert jaer, in deme veer unde sesteghesten jare, des neghesten midwekens na unser Vrowen daghe also see boren wart.

Auf der Rückseite: Up deghedinghe twisschen den heren unde den Reventlo umb des slots Tyle.

CCVIII.

habuerit, liberare et redimere possumus pro summa argenti memorata. Quicunque eciam predictam terram a rege predicto et suis heredibus liberaverit, ipsum regem ac suos heredes ab omni dampno, si quod occasione dicti argenti fecerint[1], et si quis dictum dominum regem et heredes suos de dictis terris aut pignoribus amovere vellet, et pro defensione expensas habuerint[2], probabilia debita contraxerint[2] et damna pertulerint[2], de his penitus indempnes[3] conservabit. Preterea[3*] dictus dominus rex de summa argenti prefata solvere debet decem millia marcarum puri argenti ponderis Coloniensis nobis domino comiti Johanni, aut domino Eggardo de Brocktorp militi nostro nomine, terminis infra scriptis, ita quod in proximo festo epiphanie Domini quinque millia marcarum puri argenti in proxima dominica quadragesime ineuntis[4] tunc sequente[5], de quibus quinque millibus ultimis dominus Johannes Offesson septingentas marcas[6] puri argenti percipiet et levabit. Pro predicto eciam argento, videlicet pro decem millibus marcarum, expedite solvendo dictus dominus rex debet ponere triginta obsides, tam de Suecis quam de Schania, milites, armigeros et civitatenses; ita quod[7] solutis primis quinque millibus marcarum[8] argenti, quindecim de obsidibus tam de Schania quam de Suecia fiunt soluti; ultimis quinque millibus marcarum persolutis, residui quindecim obsides liberi demittentur. Solucionem vero dicti argenti, scilicet decem millium marcarum, dictus dominus rex faciet in civitate Lubecensi aut Kopmannahamnis, et postquam ipsum argentum ad civitatem Lubecensem devenerit, dictus rex procurabit in ipsa civitate dicto argento conductum octo septimanarum[9]. In medio tempore dictus dominus Eggardus de Brocktorp aut sui heredes ipsum argentum deducent, ubi eis videbitur expedire. Obsides eciam predicti de omnibus suis inimicis et hostibus suis erunt securi, durantibusque terminis solucionis predicte sub competenti custodia Kopmannahampnis, Roskilles vel Vordinborg[10] teneri debent sine mutilacione et pena. Terminis eciam solucionis predicte expiratis, et si argentum predictum solutum non fuerit, dicti obsides eo jure et modo, quo obsides teneri solent, teneantur, de Selandia eciam non deducantur, nisi ipsa terra Selandie a nobis comite Johanne violenter auferetur, et extunc in Holsaciam sunt deducendi, nec aliquibus pro debitis nec pignoribus aut quacunque alia causa sunt ponendi, vel ultra predictam summam argenti sunt aliqualiter taliandi. Si vero aliquis de dictis obsidibus naturali morte moriretur aut per quemcunque alium modum evaderet, ipse dominus rex de dicta summa argenti eo minus solvere non debet. Preterea dimidietatem castri Helsingborg, datis[11] obsidibus predictis, dominus Suno Jonsson, ejusdem domini regis vassallus[12], suo nomine recipiet[13]; et dominus Nicolaus Langelaw

[1] Am Rande ergänzt. [2] corr. in habuerit — contraxerit — pertulerit. [3] indemnos die Ausgabe. [3*] Propterea corr. Preterea. [4] ineunte die Ausgabe. [5] Es ist wohl zu lesen: solventur oder exsolventur. [6] marcarum die Abschrift. [7] Itaque corr. Ita quod. [8] fehlt in der Abschrift. [9] septimarum die Abschrift. [10] Vorchinborg die Abschrift. [11] dacie die Abschrift. [12] vasallis die Abschrift. [13] recipient corr. recipiet.

nostro nomine, videlicet comitis Johannis, residuam dicti castri dimidietatem recipiet, omnibus in eodem castro nunc [1] existentibus remotis; qui ambo dictum castrum concorditer et fideliter tenebunt, sub pace castrensi, que vulgariter dicitur borgfred. Eciam dictus dominus Nicolaus ipsum castrum dividere [2] licet equo modo; dominus vero Suno eligere habet partem, quam sibi noverit expedire. Item [3] dictus dominus Suno de consilio dicti domini Nicolai advocatos et exactores per dictas terras constituet secundum [4] placitum utrorumque, et quicquid de ipsis terris in commestibilibus excessibus derivaverit, inter capitaneos predictos equaliter dividetur. Ceterum [5] pro predictis decem millibus marcarum puri argenti facta caucione per obsides ut premittitur, nos comites Johannes et Gerhardus [6] predicti domino archiepiscopo predicto et Schaniensibus litteras ipsorum [7] patentes, nobis pro sex millibus marcarum puri argenti datas [8], restituemus sine mora. — Insuper dominus Magnus rex predictus castrum Sioborg et totum dominium dilecte matris sue in Selandia situm, cum insula dicta Samsø, nobis comiti Johanni pro duodecim [9] millibus marcarum puri argenti pro pignore ordinabit, pro residuo vero duodecim [9] millibus marcarum obsides ponere debet. Si vero dictum castrum et dominium pro pignore nobis ordinare non poterit, extunc pro 24 millibus marcarum puri argenti predictis [10] obsides ponet, infra hinc [11] et proximam mediam quadragesimam; et hos obsides redimere potest in festo beati Martini proxime [12] nunc venturo, et deinceps ad annum. Predicti eciam obsides recipi et deputari debent ad arbitrium duorum militum ipsius domini regis et duorum militum nostri comitis Johannis. Et si hii quatuor in deputacione dictorum obsidum inter se concordare non potuerint, ad quamcunque partem mater [13] ipsius domini regis assensum prebuerit, ratum erit atque firmum. Prefati eciam obsides presententur Kopmannahampnis aut Vordingborg [14]. Et si nos comes Johannes terram Selandie violenter perdiderimus, dicti obsides in terra Holsacie in castro [15] Plone teneantur. Si vero memoratus dominus rex omnia premissa non servaret, extunc dictum castrum Helsingborg et terram Schanie demittere debet, et dominus Suno predictus cum omnibus suis a dicto castro recedet, et nos comes Johannes ipsum castrum cum tota terra predicta pacifice obtinebimus, et decem millia marcarum puri dicto domino regi erunt [16] perdita, nec per ipsum aut suos ullo modo a nobis de novo repetenda. Preterea si nobis comiti Johanni et nostris heredibus pro totali summa, videlicet pro viginti quatuor millibus marcarum puri argenti, infra hinc [11] et mediam quadragesimam dictus dominus rex sufficientem caucionem per pignora aut per obsides fecerit [17], extunc dominus

[1] nec die Abschrift. [2] dimidium corr. dividere; statt licet ist vielleicht debet oder habet zu lesen. [3] Etiam corr. Item. [4] si die Abschrift. [5] Etenim corr. Ceterum. [6] Eghardus die Abschrift. [7] eorum corr. ipsorum. [8] fehlt in der Abschrift. [9] vndecim die Abschrift. [10] predictos die Abschrift. [11] hunc die Abschrift. [12] proximo die Ausgabe. [13] nimirum corr. mater. [14] Vorchingborg die Abschrift. [15] in castro am Rand ergänzt. [16] erico die Abschrift. [17] fehlt in der Abschrift.

Nicolaus Langelaw predictus cum omnibus suis dictum castrum Helsingborg demittere debet, et ipse dominus Magnus rex ipsum castrum habebit et terras predictas obtinebit pacifice et quiete. Ceterum si mater predicti domini regis, aut ipsius liberi, aut ipse dominus rex eorum nomine et ad usus ipsorum, castrum Sieborg cum dominio in Selandia sito et insula Samsø, ut premittitur, liberare pro duodecim millibus marcarum puri voluerit, in opcione nostri Johannis comitis erit, si castrum Sieborg cum quatuor [1] provinciis ipsi castro adjacentibus pro decem [2] millibus marcarum puri argenti, pro quibus ipsum castrum et provinciam dicte matri domini regis obligaverimus, volumus retinere, et hec decem millia marcarum puri argenti [3] ipsi domino regi defalcabimus plenius. Si vero predicta mater domini regis de decem millibus marcarum predictis aliqua perceperat, que nos comes Johannes possumus probabiliter edocere, et si eciam nos insulam Samsø a domino Elero [4] de Kule liberaverimus, predicta mater domini regis aut ipsius liberi residuum dominium suum in Selandia pro duobus millibus marcarum argenti et pro aliis per ipsam perceptis et per nos comitem Johannem expositis plenius liberabunt [5]. Insuper si nomine ipsius domini regis et pro ipso nobis comiti Johanni per mercatores in civitatibus maritimis Theutonicis pro predictis triginta quatuor millibus marcarum puri argenti aut pro aliqua parte ipsius summe caucio facta fuerit, obsides juxta [6] quantitatem ipsius caucionis liberi demittentur. — Preterea inclyta domina mater ejusdem domini regis predicta, omnia bona sua et singula, que nuperrime in sua possessione tenuit, dum de regnis Suecie et Norvegie recessit, exnunc integre debet rehabere ac eis libere uti, et per ipsum dominum regem in omni jure suo et suorum liberorum fideliter defensari, necnon ad omne id obtinendum efficaciter adjuvari, in quo ipsa et sui liberi se docere poterint jus habere. — Insuper dominus Eggardus de Brokthorp predictus domino Johanni Offason [7] castrum suum Lindholm cum turri et municionibus ibidem illesis infra octo dies a datis presentibus [8] libere resignabit, et quicquid idem dominus Johannes Offason [7] de expensis in ipso castro habuerit, hoc ipse dominus Johannes Offason [7] Helrico Beneviet (?) [9] et suis compromissoribus pro expensis, quas ipsi ab eo in ipso castro per patentes eorum [10] litteras se habuisse recognoscunt, defalcabit ipsos de restanti juxta tenorem litterarum ipsorum monitus. — Item [11] si castrum Helsingborg nobis comiti Johanni de consensu domini regis antedicti, deficiente caucione premissa, resignari contigerit, quod absit, extunc castrum predictum Lindholm nobis in omni necessitate nostra sit apertum. — Item [11] dictus dominus Eggardus duabus provinciis, videlicet Biarghahered et Norra-asbohered, sibi [12] per prefatam matrem domini

[1] minor die Abschrift. [2] am Rand ergänzt. [3] fehlt in der Ausgabe. [4] Clero de Kyle die Ausgabe. [5] liberabuntur die Abschrift. [6] macar corr. juxta. [7] offas die Abschrift. [8] data Prouintia die Abschrift. [9] corr. Bemulet. [10] ipsorum corr. eorum. [11] Etiam corr. Item. [12] scilicet corr. sibi.

regis pro mille marcis puri argenti cum omni jure regio inpignoratis, libere perfruetur; advocatum [1] in eisdem pro beneplacito suo positurus [2] et proventus quoscunque dictarum provinciarum libere absque omni impedimento percepturus [3]; super quibus sibi dictus dominus rex litteras suas patentes dabit, quod ab ipso aut aliquibus aliis super dictis provinciis nullatenus molestetur, donec supradicta mater domini regis vel heredes sui prefatas provincias pro dictis mille marcis, sine aliqua addicione, redemerit justo modo. — Insuper Saxo Petrus [4], Saxo Akason [5], heredes domini Caroli, Petrus prepositus, Cristiernus, Sueci, Schanienses, Sueciam [6] vel Schaniam inhabitantes, clerici, seculares et regulares, ipsiusque domini auxiliatores aut alii quicunque, omnes et singuli, qui de guerra jam habita aliqualiter jam suspecti fuerint [7], pro parte domini regis supradicti, similiter Offo Petersson, Laurencius Noke ceterique auxiliatores nostri, bonis suis omnibus in Schania, Selandia, Suecia, Blekingia et Liistria, que per modum hereditatis seu pignoris sunt adepti, super quibus vel litteras patentes vel aliam racionabilem probacionem ostendere poterint, libere et absque omni impedimento congaudebunt, sicuti ipsi vel eorum parentes aut antecessores eis relinquere (?) libere fruebantur; et bona eorum occupantes se ab eis immediate removebunt, nullas res nisi [8] eorum proprias secum deducentes, hoc tamen [9] salvo, quod idem, sub quibus dicti armigeri bona possident, in ipsis bonis habeant tale [10] jus precipiendi et mandandi, quale in bonis aliorum suorum vasallorum habere plenius [11] dinoscuntur. — Preterea officiales nostri in quibuscunque nostris dominiis, auxiliatores nostri domini regis et Schanienses coadjutoresque quoscunque juvabunt constanter, ut a spoliatoribus suis, qui durante [guerra [12] ipsos] bonis ipsorum spoliaverunt, assequentur justicie complementum; quod et dominus rex predictus et sui officiales cum auxiliatoribus facient [13] vice versa. — Insuper omnes captivi, ex utraque parte capti, erunt semper liberati. — Per premissa enim placitata et ordinata omnes inimicicie, lites et discordie, inter dominum regem predictum et Schanienses et nos qualitercunque mote, erunt omnino trite et sedate, nec per nos aut nostros ullo modo amplius suscitande. Et nos comites et Valdamarus predicti prefatum dominum regem Suecie in terris suis aut pignoribus aut suis vasallis aliqualiter infestare et turbare non debemus, nec ipse dominus rex nos in terris vel pignoribus nostris aut vasallis aliqualiter inbrigabit. — Insuper si aliqua de premissis placitacionibus ex utraque parte non servarentur, propter [14] hoc dictum castrum Helsingborg nulli aliqualiter debet tradi, sed sub condicionibus et modis dictum castrum tradatur, sicuti est premissum. — Pro

[1] aduocatus die Abschrift. [2] potiturus die Ausgabe. [3] perceptos die Ausgabe. [4] vielleicht Petersson. [5] Akas die Abschrift. [6] Suecia — Schania die Abschrift. [7] fuerant die Ausgabe. [8] nec die Abschrift. [9] hoc cum saluo quidem die Abschrift. [10] certe corr. tale. [11] später ergänzt. [12] fehlt Abschrift. [13] faciet die Abschrift. [14] ipsum corr. propter.

his omnibus firmiter et inviolabiliter observandis, nos Valdamarus dux, Gerardus et Johannes comites predicti, Henekinus Skarpenberg, fide data et in solidum promisimus, et in evidens testimonium premissorum omnium sigilla nostra presentibus [1] sunt appensa. Datum et actum Helsingør, anno Domini 1332, proxima [2] quarta feria post festum omnium sanctorum.

CCCXLII.

Johann Hassendorp quitirt dem Rath zu Lübeck über die ihm für Eggard von Brockdorf gemachte Zahlung einer Summe, die König Magnus II. von Schweden hat deponiren lassen. 1333. Mai 25.

Lübecker Urkundenbuch II, N. DLXI, p. 502.

CCCXLIII.

König Magnus II. von Schweden schreibt der Stadt Lübeck wegen Geldes das sie einigen Holsteinern schuldig ist. (1333). Juni 7.[3]

Nos Magnus Dei gracia rex Suecie, Norwegie et Skanie, vos honorabiles viros dominos proconsules et consules Lybicenses in Domino sinceriter salutamus. Et quod inter vos et quosdam de Holzacia semen discordie intelleximus esse ortum, quibus quidem Holtzac(ensibus) in quadam argenti summa in vestra civitate persolvenda adhuc tenemur obligati, instantissime vos rogamus, quatinus amore nostri hujusmodi personis id argentum de mandato nostro levare debentibus, quamdiu racione illius apud vos moram facere necesse habuerint, dare velitis secure pacis inducias et conductus, quod nobis vos fecisse reputabimus valde gratum. In Christo valete. Scriptum Stokholmis, feria secunda infra octavam Corporis Christi.

Auf dem Rücken: Honorabilibus viris dominis proconsulibus et consulibus Lybicensibus detur.

1. Am Rand ergänzt. 2. ergänzt.
3. Lübecker Urkundenbuch II, p. 507. Die vorhergehende Urkunde giebt die Zeitbestimmung.

CCCXLIV.

Graf Gerhard (III.) und Ritter Eggard von Brockdorf schreiben Lübeck über ihre Expedition gegen den Junker Otto von Dänemark. 1334. Juni 30.

Lübecker Urkundenbuch II, N. DLXXXVI, p. 531. [1]

CCCXLV.

Graf Johann (III.) beurkundet die schiedsrichterliche Beilegung eines Streites zwischen den Rittern Detlev und Volrad von Buchwald und Lübeck über den Thurm zu Wedel. 1336. Mai 24.

Lübecker Urkundenbuch II, N. DCXXXI, p. 582.

CCCXLVI.

Eine Anzahl Holsteinischer Ritter und Knappen bevollmächtigen den Volquin von Walstorf zur Beitreibung einer Summe Geldes die ihnen Lübeck schuldig ist. 1336. Juli 15. [2]

Omnibus et singulis presentes litteras inspecturis Luderus de Plone, Johannes de Godendorp, Gotscalcus de Asscheberge, Emeco de Santberghe, Johannes de Ratmerstorp, Nicolaus de Reventlo, Iwanus de Reventlo, Otto de Rughemor, Johannes de Kilone, Nicholaus de Kilone, Nicholaus de Crummendike, Hartwicus de Crummendike, Johannes Swaf et Johannes de Walstorpe, milites, Gerlacus de Gutmolte et Syfridus de Parkentin, famuli, salutem in Domino cum notitia subscriptorum. Noveritis, nos inculpare honorabiles viros . . consules Lubicenses pro quadam pecunie summa, recepta ad viginti et novem annos jam transactos ex terra Holtzatie pro depactationi deposita sub eisdem consulibus et locata. Quare pro recuperatione ipsius facimus et constituimus strennuum ac famosum famulum Volcquinum de Walstorp, exhibitorem presentium, in nostrum verum et legitimum procuratorem, ad petendum, exigendum et recipiendum hujusmodi pecunie summam nomine nostro apud ipsos consules, gratum et ratum habituri, quicquid per ipsum Volcquinum actum vel factum fuerit in premissis seu quolibet premissorum; promittentes nichilominus dictis consulibus data et bona fide pro nobis, nostris heredibus,

[1] Vgl. die Actenstücke oben No. CL ff. p. 181 ff.

[2] Aus d. Lüb. Urkundenb. II, p. 589.

et Volcquino ac singulis quorum interest vel interesse poterit per presentes, quod, ipso Volcquino per ipsos consules super petitione et actione hujusmodi summe in amicitia jure vel favore expedito, quod nec ipsi consules nec universitas Lubicensis nec persona aliqua singulariter a nobis seu quovis alio pro dicta summa extorquenda seu petenda successu temporis monitiones secundarias habere et sustinere debeant quoquo modo. In quorum omnium evidentiam et testimonium nostra sigilla ex nostra certa scientia presentibus duximus appendenda. Datum anno Domini millesimo tricesimo sexto, in Divisione apostolorum.

CCCXLVII.

Herzog Waldemar (V.) beglaubigt den Eckard von Alverstorpe bei dem Rath zu Lübeck. (1337?) September 22.

Lübecker Urkundenbuch II, N. DCLX, p. 615.[1]

CCCXLVIII.

Die Grafen Gerhard (III.) und Johann (III.) schließen mit den Städten Lübeck, Wismar, Rostock, Stralsund und Greifswald einen Frieden zur See auf zwei Jahr und verbinden sich zur Bekämpfung der Seeräuber. 1339. März 19.

Lübecker Urkundenbuch II, N. DCLXXXIII, p. 684.[2]

[1] Die Herausgeber bringen diese Sendung in Verbindung mit dem Abschluß des Landfriedens, oben N. CLVIII, der auch a. a. O. N. DCLXVII, p. 619, nach einer Copie v. J. 1842 mitgetheilt wird.
[2] Dies ist die oben p. 188 n. 1 angeführte Urkunde.

CCCXLIX.

Herzog Waldemar (V.) von Schleswig verpfändet dem Ritter Sifrid von Sehestedt verschiedene Besitzungen. 1339. Juni 24. [1]

Omnibus presens scriptum cernentibus Waldemarus Dei gracia dux Iucie salutem in Domino sempiternam. Noverint universi, et presentibus literis protestamur, recognoscentes, nos teneri et esse efficaciter obligatos exhibitori presencium, domino Sifrido de Sesteth, strenuo militi, vasallo nostro praedilecto, et suis veris heredibus in duobus milibus puri argenti et sexcentis marchis denariorum Lubicensium persolvendis; quos denarios ipse docuit et ostendit per ipsum esse expositos et conversos in usibus nostris; pro quibus sibi et suis veris heredibus inpigneramus et pigneri obligamus bona nostra omnia in Gamelby sita, et terciam partem in villa Losae, necnon et dimidiam partem in molendino Snape, et eciam sextam partem de silva Geltingh in terminis et partibus appropinquantibus et tangentibus Bukhaven, eciam duo boel in Geltingh, Bukhaven cum molendino et insula Gaath, et totam villam Lebek; ita quod inhabitatores Bukhaven et villam Lebek liberam habeant facultatem succidendi ligna pro edificiis suis et cremalibus in silva Geltingh antedicta, cum agris jam cultis et incultis, pratis, pascuis, aquis aquarumque decursibus, locis planis, montosis, inviis, et plane cum omni jure, commodo, utilitate et libertate, prout progenitores nostri ante nos liberius dinoscuntur habuisse, salvo nobis et heredibus nostris in beneficiis ecclesiasticis, cum vacuerint, jure patronatus. Tali condicione prehabita, quod nobis et heredibus nostris liceat predicta bona ab ipso et suis veris heredibus, quandocumque nobis placuerit, ante festum beati Martini redimere pro summa pecunie antedicta. Et si nos aut heredes nostros predicta bona ante festum beati Martini, ut premittitur, redimere contingat, tunc fructus et redditus integros in ipsis bonis invenient sine omni diminucione. Si vero memorata bona per heredes nostros ante festum beati Martini prenotatum redempta non fuerint, ex tunc sibi et suis veris heredibus fructus et redditus de eisdem bonis libere cedant in sortem principalis debiti minime computandi. Tali eciam conditione interposita, quod heredes nostri pro edificiis in dictis bonis factis et fabricatis sibi et heredibus suis veris tempore redempcionis satisfacient ad taxacionem et arbitrium duorum discretorum virorum ex parte heredum nostrorum et duorum ex parte dicti domini Sifridi electorum. Promittimus eciam, cum heredes nostros predicta bona redimere contingat, quod sibi et suis veris heredibus in civitate Lubicensi, vel in alio tuto loco et securo infra partes Holtzacie, ubi ipsis placuerit, sum-

[1] Herausgegeben von Michelsen in dem Archiv für Staats- und Kirchengeschichte I, 1. Kiel, 1833. p. 34, aus dem Original im Geh. Archiv.

mam predictam persolvent et exponi faciant expedite. In cujus rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum Sleswik, anno Domini 1339, in festo beati Johannis apostoli et evangeliste.

CCCL.

Entwurf zu einer von den Grafen Gerhard (III.) und Johann (III.) zur Friedloslegung und Verfolgung der Brüder Marquard und Albrecht von Westensee mit Lübeck einzugehenden Verbindung. (1340?)[1]

Witlik si, dat wi Ghert unde Johan greven tů Holzsten alsus ghedeghedinget hebben mit den ratmannen tů Lubeke umme den rof unde brant, de en de van Westense und ere helpere ghedan hebbet. Tů dem ersten male scole wi Marquarde unde Albrechte brodere van Westense und ere helpere, de den rof unde brant ghedan hebbet, vredelos legghen in dem lande tů Holzsten, unde se en schal neman husen eder entholden in dem lande tů Holzsten, eder nerghen in user herscap, eder nerghen dar men der usen willen don unde laten wil, eder ok in Denemarken. Were dat it jenich man dede, de were like sculdich den de dat ghedan hebbet. Vortmer scole wi ten vor de Lakeborgh unde vor de Syraa mit user macht unde vorstoren de mit brande; welk man us dat wedersteyt eder se vor us entholden willen, over de scole wi richten an ere lif. Ok scal man bernen de molen tů der Syraa unde vorstoren se ganzleke. Vortmer welken man de vorbenomeden ratmanne sculdeghet umme desse vorbenomeden dat, de sik des nicht entsculdeghet sylf twelfte mit gůden mannen mit eren eden, der vesten scole wi bernen like der van Westense unde se ok vredelos legghen, unde ere woninghe scal men tů howen, alse en Holzsten recht is. Unde eres gůdes scole wi us underwinden unde erer dorp, en nymmer weder tů latende ane der vorbenomeden ratmanne willen. Vortmer scole wi greve Ghert us underwinden der veste tů dem Krummendyke, wat sin del daran is Luders van deme Krummendike, unde ok sines gůdes, eme dat nymmer werder tů latende ane der vorbenomeden ratmanne willen. Wer ok dat jenich man, den se sculdeghet, sine knechte dar mede hat hedde, de he nicht van sik ghelaten hadde ute sinem brode, do eme tů wetende wart desse scade, jeghen den scole [wi[2]].

[1] Aus dem Original im Lübecker Archiv bei Mantels, Lübeck und Marquard von Westensee. Lübeck. 1856. p. 40. Derselbe macht im Text p. 20 wahrscheinlich, daß die Urkunde ins J. 1340 gehöre, theilt auch p. 39 eine Urkunde des Herzogs Otto von Braunschweig und Lüneburg mit, die sich auf den Streit Lübecks mit den Westensee bezieht, sowie eine gleichzeitige Darstellung desselben von Seiten der Stadt.

[2] von Mantels ergänzt.

varen, alse jeghen de anderen schuldeghen. Vortmer en schole wi ane de ratmanne eder de ratmanne ane us sik nicht sonen eder daghen mit nenemanne desser sculdeghen. Vortmer wat se der sculdeghen mer bevraghen moghen, den se us in ener schripht ghegheven hebben, dar scolen se mede unvorsumet wesen.

CCCLI.

Entwurf zu einer Urkunde Graf Gerhard (III.) über den von ihm und seinen Vettern den Grafen Johann (III.) und Adolf (VII.) errichteten Landfrieden. Zwischen 1323—1340 (1333?).

Entwurf auf Pergament auf der Trese zu Lübeck.[1]

Wi Gherard van der gnade Godes greve to Holsten unde to Stormeren, witlich unde openbare do wi alle usen leven truwen erven mannen unde alle den de in deme lande to Holsten beseten sin, ridderen unde knapen unde eren knechten unde och der gansen menheyt unde alle guden luden, den de vrede lef is, dat wi mit vulborde, mit rade user leven vedderen greve Johannes unde greve Aleves unde user truwen riddere, de an useme rade sint, se mit us unde wi mit in, enen steden gansen vullenkomenen vreden nomen unde willekoret hebbet to holdende truweliken unde untobroken an desse wrd: Neman, an welker achte he si, de binnen dem lande to Holsten wonende is, en scal nicht roven edder bernen ute deme lande to Holsten, he ne scal och nicht rovede have voren in dath land. Were dat jeman user man eder user vedderen man scult hadde op enen utlendeschen man, dat scal he vor us unde usen vedderen kundeghen vnde claghen, unde wi unde use vedderen scolen dar umme manen unde helpen eme, dat eme lik sce an minne edder an rechte, alse wi usen truwen mannen plichtich sin; kunde eme denne nen lik scen van user hulpe unde maninghe, so wat he dar umme don wolde, dat scal he don bi useme unde user vedderen rade, unde wi scolen eme aller dinghe bistan. Vortmer neman scal enen utlendeschen man van oder binnen dem lande to Holsten vanghen holden, he ne dot bi useme unde user vedderen rade. Och so bidde wi unde manet, unde use vedderen mit us, alle riddere unde knapen, de in deme

[1] Ich bemerke, daß die Urkunde No. 149, oben p. 179, und ebenso die ihr entsprechende Ausfertigung der Herzöge Erich I. und Albrecht IV. von Sachsen und der Grafen Gerhard III, Johann III. und Adolf VII. von demselben Datum gedruckt sind im Lübecker Urkundenbuch II, p. 504, 506, und ebend. p. 541 der oben p. 92 mitgetheilte Landfrieden.

lande to Holsten wonende sint, dat se solden knechte dar se sekerliken vor antworden moghen; were dat men jenighes mannes knecht sculdeghe umme rof brand oder dûve oder umme ander scult, den scal de man unsculdich maken mit twelf mannen siner vrent; kan he des nicht don, men scal over den knecht richten also en recht is. Och bidde wi unde manen alle gude lude unde use vedderen mit us, dat men hindere lude de ane heren sin unde vry driven vor us oder use ammetlude unde user vedderen unde ere ammetlude, dat men weten moghe wat ere vore si.

CCCLII.

Graf Johann (III.) verspricht den Städten Lübeck, Stralsund, Greifswald, Rostock und Wismar, die dem König Waldemar von Dänemark ihre Schiffe zur Hülfe gesandt, ihnen beizustehen, wenn sie deshalb von den Gegnern jenes angegriffen werden. 1341. Juli 25.

Lübecker Urkundenbuch II, N. DCCXXVI, p. 673.

CCCLIII.

Graf Johann (III.) verbindet sich mit der Stadt Lübeck zu ihrem Schutz zwischen dem Danewirk und der Stadt, zunächst in Beziehung auf die Gegner des Königs Waldemar von Dänemark, auf ein Jahr, und erklärt unter anderm, daß seine Schlösser Plön und Kiel ihr offen sein sollen. 1342. Februar 17 (oder 10?)

Lübecker Urkundenbuch II, N. DCCXXXIV, p. 680. [1]

---

[1] Das Datum ist „des ersten sondaghes in der vasten", das kann vielleicht der Sonntag Estomihi sein, der auf den 10. Febr. fällt. — Das Lübecker Urkundenbuch führt nach Dreyer aus U. Petersen Collectanea noch an: Joannis comitis Holsatiae alia confoederatio cum Lubeca de auxilio contra regem Daniae praestando et de regundis finibus. Lubecae, absque die.

CCCLIV.

Johann Hummersbüttel, Vogt des Grafen Johann (III.), Lüder von dem Borstel, Lange Beyenvlet, Eckard von Krumesse und Henneke Hummersbüttel verpflichten sich der Stadt Lübeck mit und für den Grafen Johann wegen des von diesem abgeschlossenen Bündnisses, und versprechen namentlich, wenn sie von ihren Vogteien während der Dauer desselben abgehen sollten, die Schlösser Plön, Trittau oder andere die sie innehaben nicht herauszugeben, bis der Stadt alles gehalten ist oder diese ihre Nachfolger an ihrer Stelle angenommen hat. 1342. Februar 17 (oder 10?)

Lübecker Urkundenbuch II, N. DCCXXXV, p. 681.

CCCLV.

Herzog Albrecht (IV.) von Sachsen bekennt sich der Stadt Mölln 400 Mk. schuldig. 1342. Juli 21.

Original auf der Trese zu Lübeck.

Wy Albert van der gnade Ghodes eyn hertoghe to Sassen Angeren Westphalen unde des Romeschen rykes eyn marschalk betughen openbare in desseme breve, dat wy schuldich sint beschedenen luden unsen leven ratluden to Molne, de nu sint unde tokomende sint, verhunderd mark Lubischer penninge, de schole wy en betalen sunder jenegherleyge quade lyst noch weddersprake edder vortovinge in der hochtid to pinchten de neghest kumt an reden penningen. Were over dat wy desse vorbenomede penninge nycht betaleden in der vorbeschreven tid unsen vorsproken ratluden, so scholen se treden in unse sluze, dar ane up to borende alle rente de dar van komende is van der vornomeden hochtid to pinchten went in de tid unde stunde dat se verhundert mark ghansliken hebben upgheboret. Desse bref is ghegeven unde ghescreven van Godes bort dusen jar drehunderd jar in deme tve unde verteghiste jare, under useme groten ynghezeghele, in sunte Marien Magdalenen avende.

Mit daran hängendem wohlerhaltenem Siegel.

CCCLVI.

Graf Heinrich (II.) bietet das Kirchspiel Beidenfleth zur Landesvertheidigung auf. 1342. August 17.[1]

Nos Hinricus comes Holtzacie et Stormarie. Vobis sculteto in Beyvenvleth et schabinis ibidem firmiter demandamus, ut omnes inhabitantes parrochie vestre cum septem schabinis nostro edictu sub pena tede et restis requiri faciatis, ut nos cum tanta fortitudine hominum et curruum, expensas ad quindenam habentes, sicuti a nobis requisiti fuerunt, expedite sequantur, ita quod feria secunda proxima, hora misse, finaliter Wenemersmolen apud castrum Seghebergh sint constituti. Nam dominus .... de Schwartzeburch una cum domino . . de Redesach, officiali domini marchionis, ad civitatem Lybek crastino Assumptionis cum quadringentis viris galeatis in anichillationem tocius terre Holtzacie pervenerunt. Scitote, si non ad presens ad nostram expeditionem venerint, recordari volumus tempore et loco requirente. Scriptum sub sigillo nostro, sabbato post Assumptionem virginis, in castris ante Seghebergh.

Auf dem Rücken: Viris discretis, sculteto et scabinis et omnibus parrochianis[2] in Beyenvlethe detur.

CCCLVII.

Die Stadt Wismar klagt wegen der ihr von den Beamten und Vassallen des Grafen Johann (III.) zugefügten Schäden. 1342. November 30.

Lübecker Urkundenbuch II, N. DCCLV, p. 698.[3]

CCCLVIII.

Die Stadt Lübeck klagt wegen vielfältiger ihr von dem verstorbenen Grafen Gerhard (III.) und dessen Söhnen Heinrich (II.) und Nicolaus sowie deren Beamten zugefügten Gewaltthätigkeiten und Schäden. 1342. December 3.

Lübecker Urkundenbuch II. N. DCCLVIII, p. 700.

---

[1] Aus dem Lübecker Urkundenbuch II, N. DCCXLV, p. 689. Der Brief schließt sich an die schon oben N. LXIIII herausgegebenen unmittelbar an.
[2] parochianis die Ausgabe.
[3] S. die entsprechende Urkunde Greifswalds oben N. XCV, p. 119.

CCCLIX.

Die Stadt Rostock klagt wegen der durch die Grafen Gerhard (III.), Johann (III.), Heinrich (II.) und Nicolaus, sowie ihre Helfer, Vassallen und Vögte erlittenen Gewaltthätigkeiten und Schäden. 1342. Dec. 5.

Lübecker Urkundenbuch II, N. DCCLIX, p. 705.

CCCLX.

Lange Beyenvlet verspricht der Stadt Lübeck während ihrer Fehde mit den Grafen Johann (III.) und Heinrich (II.) das Schloß Trittau offen zu halten und ihr mit seiner ganzen Compagnie beizustehen. 1343. October 6.

Lübecker Urkundenbuch II, N. DCCLXXVI, p. 725.

CCCLXI.

Bischof Heinrich von Schleswig und der Ritter Marquard (Wisch) Rörelând schließen einen Vertrag wegen des Schlosses Schwabstedt, das dieser für 3000 Mk., in Lübeck zu bezahlen, herausgeben soll. (1343). [1]

Notum sit universis, quod venerabilis pater dominus Hinricus episcopus Sleswicensis et strennuus miles dominus Marquardus Rorelant in hunc modum concordaverunt, quod idem dominus . . episcopus dabit ipsi domino Marquardo pro redempcione castri Suavestede tria millia marcarum Lubicensium denariorum. Quarum mille marcas Lubicenses

[1] Aus dem Lübecker Urkundenbuch II, N. DCCLXXIX, p. 728. Die Urkunde ist am Tage Elyzabet (Nov. 19) ins Niederstadtbuch eingetragen. Der Bischof schreibt die dominico ante festum beati Martini (Nov. 9) an den Lübecker Rath: strennuum militem dominum Marquardum de Wisk dictum Rorelant sub anno Domini 1343. die dominico ante festum beati Martini episcopi nobis castrum nostrum Suavestede, presentibus honorabilibus viris dominis magistro Nicolao de Sestede preposito Sleswicensi, Johanne preposito in Eyderstede, Nicolao Brunonis, Hinrico Advocati, Ottone de Wisk, dicte Sleswicencis ecclesie canonicis, Wedekino de Warendorpe consule vestre civitatis et pluribus fide dignis libere assignasse, in cujus possessione jam actu sumus pacifica et quieta. Demgemäß bittet er die Urkunde ins Stadtbuch eintragen zu lassen. Ebend. N. DCCLXXX.

solvet prefatus dominus episcopus dicto domino Marquardo in civitate Lubicensi in denariis Lubicensibus vel grossis Turonensibus vel coronatis sterlingis vel in argento Lubicensi in proximo festo nativitatis Domini nostri Jesu Christi; et dictus dominus Marquardus pro solucione dictarum mille marcarum recipiet grossos Turonenses et sterlingos vel argentum Lubicense prout in prefato termino solucionis predicte in civitate Lubicensi valent et solvunt. Secundas vero mille marcas prefatus dominus . . episcopus solvet ipsi domino Marquardo Rorelant in civitate Lubicensi in festo sancti Martini immediate sequenti festum nativitatis Domini prescriptum in predictis monetis et argento predicto; et ipse dominus Marquardus recipiet prefatas monetas et argentum secundum quod valent in civitate Lubicensi in isto secundo solucionis termino. Tercias mille marcas prefatus dominus . . episcopus solvet ipsi domino Marquardo Rorelant in civitate Lubicensi in festo sancti Martini post illud prefatum festum sancti Martini sequenti in predictis monetis et argento Lubicensi predicto; et ipse dominus Marquardus recipiet prefatas monetas et argentum secundum quod valent in civitate Lubicensi in isto tercio solucionis termino. Et ad firmandam et ratificandam premissam solucionem prefatarum trium millium marcarum Lubicensium in monetis et argento prescriptis promiserunt honorabiles viri domini Arnoldus de Bardewich, Thidemannus de Ulsen, Hermannus de Warendorpe, Johannes Klinghenberch, Wedekinus de Warendorpe, consules Lubicenses, Lubertus et Hermannus fratres dicti de Warendorpe, ipsi domino Marquardo et suis heredibus in predictis terminis, ut premissum est, in civitate Lubicensi satisfieri debere. Et ut ad majorem firmitatem omnium premissorum singula premissa ad librum civitatis Lubicensis, ut prescripta sunt, scribantur, debet dictus dominus Marquardus Rorelant prefato domino Hinrico episcopo Sleswicensi castrum Suavestede ante omnia libere ad usum et proprietatem ejusdem domini . . episcopi tradere et presentare, et dominus . . episcopus de assignacione et tradicione dicti castri, sicut premittitur, sibi facta . . consules Lubicenses per apertas litteras suas postea certificare debet, et ea certificacione sic dominis . . consulibus facta, singula premissa solucionem prefate summe tangencia ad librum civitatis Lubicensis scribi debent, et compromissores dicti debiti debito in premissa forma ligari.

CCCLXII.

Marquard von Westensee schwört der Stadt Lübeck Urfehde wegen der Anklage die gegen ihn in der Stadt durch den Willekin Gruwel im Namen der Grafen von Holstein erhoben ist. 1348. März 15.[1]

Omnibus et singulis, ad quorum noticiam presens scriptum pervenerit, Marquardus Westense armiger salutem in Domino sempiternam. Tenore presencium recognosco et protestor publice, quod commendabilibus viris, dominis consulibus et universitati civitatis Lubicensis, sponte et ex certa sciencia, non coactus, juravi ad sancta Dei et promisi data fide, et in hiis scriptis promitto debitam orveydem pro me et meis amicis omnibus natis et nascendis, necnon pro omnibus et singulis causa mei quicqam facere seu dimittere volentibus, ita videlicet, quod ea, que michi de impetitione Willekini Gruwel vice et nomine dominorum comitum Holtzacie in civitate Lubicensi acciderant, per me nec per aliquem amicorum meorum dominis consulibus civitatis Lubicensis aut eorum universitati vel alicui de eorum concivibus publice vel occulte, omni dolo postposito, debent odiose aliqualiter inputari. Et nos Albertus predicti Marquardi frater, Buscho et Hinricus dictus Bredehenric dicti de Westense, Hartvicus Breyde, Johannes Brochdorp dictus Hund, Hennekinus filius quondam domini Johannis, et Hennekinus filius quondam Bertoldi dicti de Rennowe, armigeri, recognoscimus tenore presencium et testamur, nos juncta manu et in solidum data fide supradictis dominis consulibus Lubicensibus una cum supradicto Marquardo Westense firmiter promissise, quod supradicta orveyda sic jurata et promissa, ut premittitur, debet inviolabiliter observari. In cujus rei testimonium sigilla nostra una cum sigillo sepe tacti Marquardi Westense presentibus sunt appensa. Actum et datum Lubeke, anno Domini 1348, sabbato ante dominicam Reminiscere.

[1] Aus der zu N. CCCL. angeführten Schrift Mantels p. 42., aus dem Original im Lübecker Archiv.

CCCLXIII.

Johann von Plesse und zwei andere versprechen dem Lübecker Rath, bis Pfingsten eine Urkunde des Königs Waldemar beizubringen, welche (nach dem eingefügten Wortlaut) die zu Lübeck von Marquard von Westensee mit Willekin Gruwel wegen der von diesem im Namen der Grafen von Holstein erhobenen Klage eingegangene Sühne bestätige. 1348. März 15. [1]

Nos Johannes de Plesse, Conradus Ketelhût, milites, et Nicolaus dictus Hane armiger, recognoscimus tenore presencium publice et testamur, quod in solidum data fide manu in manum promisimus et in hiis scriptis promittimus commendabilibus viris, dominis consulibus Lubicensibus, quod eis litteram apertam illustris ac magnifici principis, domini Woldemari Danorum regis, sigillo sigillatam et in omni sui parte integram et illesam, infra hinc et instans festum pentecostes intra civitatem Lubeke, continentem tenorem infra scriptum indubitanter, [volumus [2]] presentare:

Woldemarus Dei gratia Danorum Slavorumque rex, universis presencia visuris seu audituris salutem in Domino sempiternam. Recognoscimus tenore presencium publice et testamur, quod conpositionem, per strenuum famulum Marquardum Westensee, nostrorum fidelium servitorem, initam cum Willekino dicto Gruwel, qui eundem Marquardum vice et nomine nobilium virorum dominorum comitum Holtzacie pro nocturno incendiario eorundem dominorum et pro aliis delictis jure Lubicensi et intra eandem civitatem Lubicensem inpetebat, ratam atque gratam tenemus et habemus ac perpetue tenere volumus et habere; inpetitionesque easdem pretacto Marquardo, ut premittitur, factas nolumus civitati Lubicensi seu alicui ejusdem civitatis concivi aliqualiter inputare, sed magis consules et cives sepe tacte civitatis propter eorum benivolencias circa dictam conpositionem per eos exhibitas in omnibus promovere volumus realiter et fovere. In cujus rei testimonium sigillum nostrum presentibus duximus appendendum. Datum Kopenhavene, anno Domini 1348, feria secunda in pascha.

Actum et datum Lubeke sub appensione sigillorum nostrorum, anno Domini 1348, sabbato proximo ante dominicam Reminiscere.

[1] Ebendaher p. 43. [2] von Mantels ergänzt.

CCCLXIV.

Die Grafen Johann (III.) und Heinrich (II.) bestätigen die von ihrem Bevollmächtigten Willekin Gruwel mit Marquard von Westensee abgeschlossene Sühne. 1348. September 20.[1]

Johannes et Hinricus Dei gracia comites Holtzacie et Stormarie, universis presencia visuris seu audituris salutem in Domino sempiternam. Recognoscimus tenore presencium publice et testamur, quod Wylkinum dictum Gruwel per patentes litteras nostras in actorem statuimus nomine nostro ad impetendum et conveniendum Marquardum Westenze jure Lubicenci et intra civitatem Lubeke pro incendiario terre nostre et aliis delictis; et quia Wylkinus et Marquardus predicti se invicem racione impeticionis et convencionis per eundem Wylkinum super Marquardum predictum factis composuerant, gratum et ratum tenemus perpetue et habemus, et ea, que lite pendente inter eos cuiquam acciderant, nolumus civitati Lubicensi aut eorum concivibus aliqualiter imputare. In cujus rei evidens testimonium sigilla nostra presentibus sunt appensa. Datum Orkel, anno Domini 1348, in vigilia beati Mathei apostoli et ewangeliste.

CCCLXV.

Kaiser Karl VI. Mandat an die Grafen Johann (III.), Adolf (VII.), Heinrich (II.), Nicolaus und Adolf wegen Bestrafung der Vögte zu Haseldorp, welche Geistliche gefangen halten. 1352. October 12.[2]

Carolus quartus divina clementia Romanorum imperator semper augustus et Bohemie rex, nobilibus Johanni et Adolpho ejus filio, Henrico, Nicolao et Adolpho fratribus, ac Adolpho, comitibus Holsatię, Stormarie ac in Schouwenborg, fidelibus nostris dilectis, gratiam nostram et omne bonum. Querelam venerabilis Godefridi sancte Bremensis ecclesie archiepiscopi, principis et devoti nostri dilecti, recepimus, continentem, quod Hartwicus Hest miles et Wilkinus Breddenflete armiger sue diocesis, detinentes castrum suum Haseldorpe et advocati ipsius castri, per servitores suos, videlicet Johannem Pock

[1] Ebendaher p. 44.
[2] Aus Staphorst, Hamburgische Kirchen-Geschichte I, 2, p. 619.

alias dictum Schrivere, Henricum de Loo, Hennikinum Steen et Hermannum Gudervoget, captivarunt et captivari fecerunt Henricum Stapel presbyterum et Ludolphum Schilder clericum, beneficiatos in diocesi sua, et rebus suis spoliarunt in strata publica, et in dicto castro graviter mancipatos vinculis detinent vel detineri presumpserunt; quos propter hoc mandatum excommunicatos tanquam sacrilegos per eandem diocesin et provinciam Bremensem publice nunciari..... [1], qui etiam hujusmodi censuram ecclesiasticam induratis animis parvipendunt, sicut querimonialis tenet assertio archiepiscopi supradicti. Quare vobis et cuilibet vestrum imperiali auctoritate precipimus et mandamus, quatenus habita super hiis investigatione diligenti, si premissa fulta fuerint veritate, dictum Hartwicum Hest militem, qui vester subditus dicitur, et complices suos requiratis, inducatis et compellatis, ut intra quindenam post requisitionem, notificationem seu insinuationem presentium eis factam, dictos presbyterum et clericum a captivitate et vinculis solutos et liberos dimittant, res ipsis ablatas [2] integre restituant, et pecunias, si quas [3] forte medio tempore pro ipsorum liberatione et dimissione extorserunt, reddant plenarie et complete; et condignam emendam pro illata injuria exhibendum. Quod si facere et compellere cum effectu [4] recusaverint vel distulerint, dictos captivatores et detentores ex nunc et ex tunc per has imperiales literas pronunciamus et declaramus infames esse et omni honore esse privatos, nec ad placita vel consilia dominorum et nobilium terrae aliquantenus admittendos. In detestationem etiam tanti flagitii bona et possessiones, quae et quas predicti captivatores et detentores clericorum obtinent, publicamus et occupanda et rapienda cuicunque liceamus. Precipimus quoque rectoribus et judicibus civitatum et oppidorum Bremensis provincie, ne ipsis captivatoribus [5] et detentoribus [5] imperiali banno damnatis securitatem et conductum ad ipsas civitates et oppida prestare presumant; salvis nihilominus sententiis et penis contra prelibatos captivatores et detentores promulgatis per sacros canones et legum imperialium sacratissimas sanctiones. Quod si non omnes hiis exequendis potueritis interesse [6], duo vestrum aut [7] unus imperiale mandatum nihilominus exequatur. Has vero literas post earum exhibitionem et lecturam dicto archiepiscopo vel ejus nuncio reddi jubemus, nec contra ejus voluntatem per aliquem detineri, harum sub appenso nostro sigillo testimonio literarum. Datum Prage, 12. die mensis Octobris, regnorum nostrornm anno 14, imperii vero 5.

[1] Es fehlt ein Wort, fecit oder dergleichen. [2] oblatas die Ausgabe, [3] qua die Ausgabe. [4] eum effectum die Ausgabe. [5] So, vermuthet Staphorst schon, sei das von ihm in den Text aufgenommene captivationibus et detentionibus zu lesen. [6] inter Staphorst im Text. [7] ac die Ausgabe.

CCCLXVI.

Die Grafen von Holstein und die Stadt Kiel werden in den Landfrieden aufgenommen, den die Herzöge Albrecht und Johann von Mecklenburg und der Graf Otto von Schwerin mit den Städten Lübeck, Rostock ꝛc. abgeschlossen. 1353. Februar 20.[1]

. . . . Unde wy radmanne van Lůbeck benomen in dessen landvreden de biscoppe van Lůbeck, de hertoghe to Lůneborg, de hertoghe to Sassen, alse hertoghen Johann unde hertogh Erich, de greven to Holsten alle dree, sunderlicken greve Johann . . . . .[2], de greve van Scawenborgh unde de stad van Hamborgh unde de stad thom Kiel. Willen se darin wesen, se scålen sunderlicke wissen don unde lovende myt breven unde myt volghe. . . . .

CCCLXVII.

Die Edomsharde schreibt dem Grafen von Flandern wegen Bedrückungen ihrer Kaufleute. 1355. Januar 13.[3]

Strenuo principi ac domino, reverendo domino, comiti terre Flandrie, consules ceterique meliores, universa quoque communitas in Edomshert, sub domino duce principe Waldemaro Sleswicensi, salutem et id sapere quod est justum. Dominorum principum interest, quod judicum (?) refert, omnes fideles verosque mercatores jussu dominico mercantias veras in omnibus exercentes in cunctis promovere. Vestre discrecioni clarius elucescat: dum hactenus nostri patres ac predecessores pro mercanciis regionem vestrumque comitatum visitaverunt, eorum bona non arrestabantur, nisi arrestatione trium dierum, comitisque arbitrium, ut aut infra memoratos dies compareant aut quita dimittentur. Quapropter clementem bonitatem vestram in hiis scriptis humiliter exoramus, quatenus nostros modernos mercatores, nunc temporum terram Flandriam visitantes, jure antiquo et supradicto uti atque frui permittatis; cognoscentes, quod, si preces nostre in hac parte fuerint penes vos exaudite, vestri comitatus mercatores nostros fines pro mercanciis affectantes, ubicunque voluerimus[4], procul dubio erimus promoturi; sin autem

[1] Gedruckt in Gerdes Nützliche Sammlung S. 683. [2] Lücke im Text.

[3] Mitgetheilt von Lappenberg im Archiv für Staats- und Kirchengeschichte II, p. 560 nach einer Abschrift Warnkönigs aus einem Copialbuch zu Gent f. XIII. Es wird bemerkt, daß dies sehr schlecht geschrieben sei und die Richtigkeit der Lesart im Einzelnen nicht verbürgt werden könne. Die Urkunde ist bezeichnet: Lettere die de Vriesen brochten an minen here.

[4] Lies: voluerint oder potuerimus. Lapp.

nostris contraneis instanter stricte inhibemus capitali sub sententia bonorumque omnium sub optentu omniumque rerum amissione, quatenus de cetero vestram patriam pro mercimoniis visitare non conentur; premisso, quod tamen bonum pro ingrato reddentes, quasi vestri mercatores nostrum portum visitare volentes, ipsos benevole suscipere et caritative intendimus pertractare. Datum in praetorio universitatis nostre, anno Domini 1355, in octava Epyphanie.

CCCLXVIII.

Graf Ludwig von Flandern beantwortet den Brief der Edomsharde und verspricht ihren Kaufleuten die alten Freiheiten zu bewahren. 1355. Juni 1.[1]

Ludovicus comes Flandriae, Nivernensis et Registetensis, consulibus et communitati universe in Edemshert sub domino principe Waldemaro Sweslecence salutem et sub lege debita quiete gaudere. Licet mercatores semper benigne recipere et favorabiliter expedire infra nostros districtus . . . . .[2], tamen nos decet jura et leges majorum nostrorum ad nos devoluta illibata servare. Hinc est, quod precibus vestris inclinati, vobis universis et singulis intimamus, quod mercatores vestros cum rebus et mercimoniis suis ad patriam nostram accedentes totiens quotiens gaudere faciemus integre libertatibus suis ab antiquo et specialiter a tempore bone memorie avi nostri Roberti consuetis. Datum apud Male juxta Bruges, anno Domini 1355, die nona mensis Junii.

CCCLXIX.

Die Grafen Johann (III.) und Adolf (VII.) geben alle Urkunden und Verschreibungen auf, die sie von den Königen von Dänemark erhalten mit Ausnahme der auf Fehmern und den letzten Frieden bezüglichen. 1358. Mai 6.[3]

Nos Johannes Dei gracia Holtzacie et Stormarie comes et Adolphus ejusdem filius, coram universis et singulis presencia cognituris tenore presencium recognoscimus publice

[1] Ebendaher S. 561. Die Urkunde ist bezeichnet: Mins heren andworde van den letteren van den Vriesen hier achter ghescreven. Die Antwort steht vor dem Brief.
[2] fehlt etwas.
[3] Mitgetheilt von Knudsen in Antislesvigholstenske Fragmenter XIV, p. 64 n. aus dem Original des Geh. Archivs in Kopenhagen.

protestando, nos nostrosque heredes et posteros seu successores omnes literas et singulas predecessoribus nostris ac nobis per magnificum principem, dominum nostrum, dominum Waldemarum regem Dacie ac ipsius predecessores datas et sigillatas omnino quitas et solutas dimisisse; salvis tamen literis et illesis per hec scripta, datis et confectis super terram Ymbrie ac composicionem ac unionem nuper inter nos firmatas parte ex utraque, que in stabili vigore semper debeant permanere. In cujus rei evidens testimonium sigilla nostra presentibus sunt appensa. Datum anno Domini 1358, in die beati Johannis apostoli et evangeliste ante portam Latinam.

CCCLXX.

König Erich von Schweden verschreibt den Grafen Heinrich (II.), Adolf und Nicolaus 1800 Mark Silber für Hülfe, die sie demselben leisten sollen. 1358. October 9.[1]

Omnibus presentes literas inspecturis Ericus Dei gracia Gottorum Swecorumque rex ac dominus Scanie salutem in Domino sempiternam. Tenore presentis pateat universis, quod nos cum heredibus nostris, nobilibus et famosis viris dominis Hinrico, Adolpho et Nicolao Dei gracia Holsacie et Stormarie comitibus, in mille octingentis marcis puri argenti ponderis Coloniensis, ea racione, quod contra nostros emulos quoscunque ipsorumque complices et fautores sub eorum sumptibus et expensis, dampnis et perdicionibus atque lucris, fideles nostri et nostrorum existant adjutores, sumus et tenemur racionabiliter obligati ipsis supradictis dominis comitibus inter civitatem Lundensem vel villam Malmoge in argento pecunia usuali seu aliis valoribus, ut communiter inter mercatores valent seu decidunt; ita tamen, quod extra dominia nostra libere deduci valeant et secure in terminis infrascriptis expedite persolvendis. Itaque quingentas[2] marcas in festo Martini proxime venturo, alias autem quingentas in carnisprivio[3] ex tunc proxime futuro, reliquas vero octingentas marcas in festo beati Martini predictum carnisprivium subsequente utique persolvemus modo superius prenotato; . . . . . [4] quibusvis procul motis. Datum Lundis, anno Domini 1358, in die beatorum Dyonisii sociorumque ejus, sub secreto nostro.

[1] Aus den Acten des Processes zwischen König Erich dem Pommern und den Schleswigschen Herzogen, Langebek SS. VII, p. 353.
[2] quingentis . . . quingentis . . . reliquis vero octingentis marcis die Ausgabe.
[3] carnisprenio und carnisprenium die Ausgabe.
[4] fehlt ein Wort.

CCCLXXI.

König Erich von Schweden erklärt sich von wegen seines Vaters den Grafen Heinrich (II.), Nicolaus und Adolf 3000 Mark schuldig. 1358, October 9.[1]

Universis presentes literas inspecturis Ericus Dei gracia Swecorum Gothorumque rex ac dominus Scanie salutem in Domino sempiternam. Tenore presencium pateat universis, quod nos cum heredibus nostris nobilibus et famosis viris dominis Henrico, Nicolao et Adolpho Dei gracia Holsacie et Stormarie comitibus in tribus milibus marcarum puri argenti ponderis Coloniensis, quas de nobis invadendo nos monicionibus ex parte patris nostri iidem domini comites extorserunt, sumus et tenemur racionabiliter obligati memoratis dominis comitibus seu ipsorum nunciis ad hoc specialiter deputatis, intra civitatem Lundensem seu villam Malmoge in prompto argento pecunia usuali seu valoribus aliis competentibus, ut inter mercatores solvi consueverunt; ita tamen, quod extra dominia nostra libere ac secure valeant deportari in terminis infrascriptis expedite persolvendis. Itaque[2] in festo beati Martini venturo anno Domini 1360. mille marcas puras persolvemus et sic consequenter in quolibet festo beati Martini subsequente mille marcas persolvemus, modo superius prenotato, donec summa centum milium marcarum superius prenotata ex integro fuerit persoluta. Datum Lundis anno Domini 1358, in die beatorum Dyonisii sociorumque ejus sub secreto nostro.

CCCLXXII.

Die Grafen Johann (III.) und Adolf (VII.) tragen dem Herzog Albrecht von Mecklenburg ihre Klagen gegen König Waldemar von Dänemark vor. (um das Jahr 1359).[3]

Original im Geh. und Hauptarchiv zu Schwerin.

Wethen scole gi, leve om, hertoghe Albert van Meklenborgh, dat dit de scült is, de wi greve Johan unde greve Alef, unse sone, greven to Holsten unde to Stormeren, gheven konnigh Woldemar van Denemarken. Des ersten, dat he unse lant to Vemeren,

[1] Ebendaher. [2] ita quod die Ausgabe.

[3] Die Sühne des H. Barnym ist wohl ohne Zweifel die oben p. 252 vom 30. Oct. 1358 mitgetheilte. Da Graf Johann am 27. September 1359 starb, so ist damit die Zeit dieses undatirten Actenstücks bestimmt.

dat he uns afwant, unde an der sone, de uns unse om, hertoghe Barnym van Stetthyn, kunghede, scolde vri unde unbeworen hebben wedder antwordet, na der kunghinghe heft uns mit unrechte vorbiholden, unde dar ane scadit an scattunghe mer den twe dusint marc Lubisch. Vortmer umbe unse vanghene, de uns unse vorbenomede om van Stettin los sprac, de alrede biscattet sint unde noch biscattet werden, dar wi an groten scaden mede bisittet, noch nicht en heft beyde, dat vorsproken lant to Vemeren unde de vanghene, de uns sine denre, als de hertoghen van Sassen mit den eren, afvinghen an dem lande to Rasseborgh unde to Holsten, vriet unde quitet, als he van rechten scolde. Vortmer dat hertoghe Albert van Sassen, sin helper, na der kundinghe der sone uns unde usen landen heft ghescadet mer denne veer dusent marc Lubisch, dat wi biwisen wille, als wi van rechten scollen. Vortmer dat sine denre ut sinen sloten unde wedder yn veftein scepe, als uns ghesecht is, unde weten ne wedder myn edder meer, hebben ghenomen, us unde usen lûden op der see, unde dar ane scadit binnen der sone mer den dusint marc Lubisch.

CCCLXXIII.

Mehrere zu Tondern versammelte Weltliche und Geistliche beurkunden die Uebertragung von Mögeltondern durch den Herzog Waldemar (V.) an das Stift Ripen. 1361. Januar 9.[1]

Omnibus presens scriptum cernentibus Nicolaus Lembek dictus Mulerth, Johannes Niclessz[2], Nicolaus Hasae, milites; Astradus archidyaconus Ripensis; frater Johannes Egh prior provincialis Dacie; Johannes Brwn, Nicholaus Bernardi, canonici Ripenses; Lagho Offoesz, Petrus Daa, Ericus Niclessz, Janekinus Jonssz, Folradus Askenbergh, Hennekinus Teghemaad, Crestiernus Arnestsz, Nicholaus Brandroph, Andreas Bondaesz, cives[3] Ripenses; Goscalcus Lembek Fyllysz, Kroogh Sönnyk Arnestsz, Otto Snafs et Nicholaus Petaersz, armigeri, salutem in Domino sempiternam. Notum facimus universis tam presentibus quam futuris, nos sub anno Domini millesimo trecentesimo sexagesimo primo, sabbatho proximo post Epiphaniam ejusdem domini nostri Jhesu Christi, Tundris presentes fuisse, vidisse et audivisse, quod illustris princeps ac dominus Waldemarus, Dei gratia dux Jucie, venerabili in Christo patri ac domino, domino Petro, divina miseracione Ripensi episcopo, no-

[1] Mitgetheilt von Michelsen im Staatsb. Magazin IX, S. 807, aus dem Original im Geh. Archiv zu Kopenhagen.

[2] d. i. —son. [3] civis Ripensis die Ausgabe.

mine dicte ecclesie sue Ripensis beate virginis Marie, omne jus suum, quod sibi vel ducatui Jucie in parochia Mykeltunder competebat, in alto et basso, omnino penitus nil exepto, necnon et terras, si quas habuit in eadem, donavit, contulit et scotavit, jure perpetuo libere possidendas, pro usu, commodo et voluntate domini episcopi, qui ibidem pro tempore fuerit, integraliter ordinandas; ita quod memoratus dominus episcopus, qui ibidem pro tempore fuerit, ut premissum est, quatuor anniversaria, videlicet unum pro memorato principe domino Waldemaro duce Jucie, unum pro nobili domina Rikkarde ducissa uxore sua, unum pro domicello Hinrico filio eorundem, et unum pro domicello Waldemaro filio eorum jam defuncto, in dicta ecclesia sua Ripensi omni anno tenere debeat, cum candelis, oblacionibus atque missis. Unde hoc omnibus, quorum interest vel intererit in futurum, tenore presencium publice protestamur. In quorum omnium certitudinem et evidentiam pleniorem sigilla nostra presentibus sunt appensa. Datum anno die et loco supradictis.

CCCLXXIV.

Die Grafen von Holstein werden aufgenommen in den Landfrieden den der Markgraf Ludwig der Römer von Brandenburg, der Herzog Heinrich zu Stettin, Herzog Albrecht von Mecklenburg und die Herren Bernhard und Lorenz zu Werle abschließen. 1361. August 9.[1]

. . . .

Wy Albert hertoge to Meklenborg tyen in dessen lantfreden koning Woldemar to Denemarke, hertoge Crystoper to Lolande, hertoge Barnym den jungeren, hertoge Rodolf to Sassen, hertoge Eryk to Sassen, hertoge Albert to Molne, alle de greven to Holsten, den hertogen to Lünenborch, hern Reymer und Vicke van Bülow mit den sloten des stichtis to Tzweryn. Und wy de hern van Werle tyen in dessen lantfreden unsen veddern juncheren Henninge van Werle, unse ome de junghen hertoghen to Stettyn, den hertogen to Lunenborg und use sweghere van Holsten . . . .

[1] Gedruckt bei Lisch, Albrecht der Zweite und die Norddeutschen Landfrieden p. 31, aus dem Original im Archiv zu Stettin.

CCCLXXV.

Die Grafen Heinrich (II.) und Nicolaus entbinden den Rath von Lübeck aller aus dessen Pfandbesitz von Segeberg erwachsenen Rechtsforderungen und treten der von ihren Vasallen, den Verwandten und Freunden des weiland Marquard von Westensee, mit Lübeck geschlossenen Sühne bei. 1366. September 21. [1]

Nos Hinricus et Nycolaus fratres Dei gracia Holtzacie et Stormarie comites, universis et singulis tam presentibus quam futuris notum esse volumus, lympide recognoscentes in hiis scriptis, quod nos omnem incusacionem, impetitionem seu causam quamcumque, quam nos contra honorabiles viros, consules et cives civitatis Lubicensis, racione castri Zegheberghe ipsis per nos alias inpignerati et racione omnium eidem attinencium, movimus seu habuimus usque in hodiernum diem, pro nobis et nostris heredibus ac successoribus dimisimus et postergavimus, dimittimus et postergamus sincere per presentes, nolentes unquam in posterum, occasione predicti castri, dominii, advocacie, judicii, excessuum, nemorum, lignorum, cementi, equorum seu aliorum quorumcumque eidem attinencium, quidquam contra dictos consules et cives Lubicenses vel eciam contra eos, qui eorum nomine ipsi castro prefuerunt, agere aut aliqualiter causari, sed omnium premissorum actio et cum hoc omnis alia indignacio et causa quecumque, quam contra eos usque in presentem diem habuimus seu quovismodo habere potuimus, debet esse sopita penitus et extincta. Ceterum composicioni et reformacioni, quam affines et amici quondam Marquardi Westensee, vasalli nostri, cum memoratis consulibus et civibus Lubicensibus super ejusdem Marquardi Westenzee homiscidio inierunt, nostrum, quantum in nobis est, adhibemus velle plenum et consensum. In premissorum omnium evidens testimonium et robur perpetue firmitatis sigilla nostra ex certa sciencia et bona voluntate presentibus litteris sunt appensa, presentibus fidelibus nostris dominis Godscalco Wildbergh, Nycolao Krummendyk dicto Mezeke, Hinrico Brokdorp, militibus; Ottone de Wensyn, Wulfardo Rikkelikstorp, Alberno de Wische, armigeris, et aliis quam pluribus fide dignis. Actum et datum Lubeke, anno Domini 1366, ipso die beati Mathei apostoli et ewangeliste.

[1] Aus der oben zu N. CCCL angeführten Schrift von Mantels p. 36. Dieselbe enthält eine ganze Anzahl Urkunden, die sich auf den Mord des M. von Westensee im J. 1854 beziehen, die aber keine so unmittelbare Wichtigkeit für diese Sammlung haben.

CCCLXXVI.

König Albrecht von Schweden bekennt sich den Grafen Heinrich (II.) und Adolf 3500 Mark Silber schuldig und verspricht ihnen dafür 100 Schiffpfund Kupfer als jährliche Rente. 1367. Februar 5. [1]

Wy Albrecht van Godis gnaden koningh der Sweden unnd der Gothen bekennen unnd betughen apenbare in dessem breve vor us, vor use erven unnd vor use nakomelinghe, dat wy van rechter schuld weghen schuldich sin den edelen heren Hinrike unnd Alve greven to Holsten [und] eren erven verdehalf dusent mark lodighes sulvers; hyr vore hebbe wy en ghesat unnd ghelaten unnd setten unnd laten en in dissem breve vor us unnd use erven unnd vor use nakomelinghe, na rade user truwen rathghevern, to eneme rechten brukliken pande hundert schippund coppergheldes jarliker renthe uppe usem copperberghe, de de vorbenomeden greven unnd ere erven sulven edder by eren wissen boden, de se dar umme senden, jewelkes jares to twen tyden upboren scholen uppe usem vorbenomeden berghe: alse yo bynnen den ersten verteynachten na sunte Johannis baptisten daghe scholen se upboren veftich schippund, unnd yo bynnen den ersten verteynachten na sunte Michels daghe veftich schippund, unnd scholen de to jewelken vorbenomeden tyden upboren vry unnd unbeworen, unnd moghen se voren na eres sulves willen wor en dat best behaghet. Were ok dat to den vorbenomeden tyden jenich den vorbenomeden greven und eren boden de vorbenomeden veftich pund coppers nycht vollenkomelken gheantwordet worden, wes en to der tyden jenich dar borst ane werd, den borst unnd den broke schal to den sulven tyden de voghet, we uppe deme vorbenomeden berghe den voghed is, enen gantzliken vorvallen van der anderen renthe und gulde des vorbenomeden berghes, sunder jennigherleye bewernisse eder weddersprake. Ok so schal den vorbenomeden greven unnd eren baden de vorbenomede voghed de lude de den bergh buwen to bereder unnd rader beredinghe des vorbenomeden coppers to den vorbenomeden tyden drenghen unnd dwinghen mit guden willen unnd mid gantzen truwen, likerwys alse eft dat sulve copper to user eghene edder uses leven vaders, de na schreven ys, nut komen schole. Unnd wy willen desse vorbenomeden renthe losen unnd untfryen van den vorbenomeden greven tuschen hyr unnd sunte Jacobs daghe de neghest kumpt vort aver dre jar vor den vorbenomeden summen mit aldusdane underschede: were dat wy eder use erven edder use nakommelinge den vorbenomeden greven edder eren erven bynnen desser vorbenomeden tyd boven desse vorbenomeden renthe wes afgulden van der vorbeno-

[1] Aus den Proceßacten bei Langebek SS. VII, p. 360, mit einigen Nachbesserungen in der Orthographie.

meden hovetsummen, so schal men dar na to jewelker vorbenomeden tyd de vorschreven coppergulde vormynneren na redeliker rekenschop; were ok, des God nycht en wille, dat desse vorbenomeden renthe den vorbenomeden greven unnd eren erven er der vorbenomeden losinghe untfernet worde, welkerleyge wys dat schude, so schole wy doch yo unnd use erven unnd use nakommelinge den vorbenomeden greven unnd eren erven de vorbenomeden hovetsummen bynnen den vorbenomeden dren jaren gantzliken und vollenkomelken bereden und ghelden, sunder jenigherleyge weddersproke unnd bewernisse. Alle desse vorbenomeden stucke stede unnd vast to holdende, dat love wy vor us unde vor use erven unde use nakommelinge den vorbenomeden greven Hinrike unde greven Alve unnd eren erven in guden truwen in dissem breve, dar wy to tughe alle desser dingk use inghesegel vorghehenget hebben. Vortmer dat wy Albrecht van Godes gnaden hertoge to Mekelenborgh, greve to Sweryn, to Stargarde und to Rozstock here, und ok nement van user weghen disse vorbenomeden settinge nenerleyge wys hynderen schole, noch dar umme dat desse vorschreven coppergulde us vor sunderlike schult vor desser tyd to pande set ys, noch dar jenigher anderen sake willen mer, dat wy vor us unnd use erven alle vorschreven stucke mid guden willen velborden in dissem breve, also vele alse es us anroren mach, des to tughe ys use hemelke inghesegel ghehenghet an dessen breff, de gheven is to Calmarn na Godes bord drutteyn hundert jar an deme soven unde sostughesten jare, in sunte Agathen daghe der hilghen juncfrowen. Unnd wy Nicolaus to Lincopinghen unnd Magnus to Arosen van Godes gnaden biscope, unnd wy Benedictus Philippusson ridder unnd Boo Jonsson Knape, tughe desser vorbenomeden dingh, dar wy sunderken to gheeschet worden unnd dar wy over wesen hebben to ener openbarn betuchnisse aller vorschrevener dingh use ingheseghel ghehenghet vor dessen breff.

CCCLXXVII.

Vertrag zwischen Herzog Erich von Lauenburg und Graf Adolf (VII.) über eine Theilung des Reiches Dänemark, dessen sie sich als Vormünder unterwinden. 1369. März 2.[1]

Aus dem Original im königl. Archiv zu Hannover.

In Godes namen amen. Dit sint de deghedinghe de ghedeghedinghet sint tûschen hertogh Erike van Sassen van Lovenborch unde tuschen greven Alve van Holsten unde van

[1] Diese merkwürdige Urkunde wirft ein eigenthümliches Licht auf die Stellung, welche die beiden Fürsten nach der Flucht des Königs Waldemars einzunehmen gedachten; s. Schleswig-Holsteins Gesch. I, p. 251. 252.

Stormeren, alse umme dat rike to Denemarken, des se sik underwindet alse vormündere des rikes, unde dat rike, borghe, lant, manschop, golt, sülver unde have unde wes dem rike tobehort, to delende to liker deel, na des rikes rade unde na her Hermens rade van Tralowe unde twe ute hertegh Erikes rade unde twe ute greven Alves rade, den se des toloven dit yo to verschedende na liker deel sunder vortoch unde sunder suer; unde hertoghe Erik schal greven Alve alle dingh to den besten keren, daer he dat mit eren doen mach; des ghelyk schal greve Alf herteghen Erike wedder doen, daer he dat mit eren doen mach. To ener witlecheyt den ghenen de dessen breef seen edder horen lesen, dat wy desse deghedinghe aldus over een worden syn, so heb wy greve Alf van Holsten use ingheseghel unde her Hermen Tralowe syn ingheseghel vor dessen bref ghehenghet. Dusse bref is ghegheven unde screven to Reynevelde, na Godes bort drütteynhundert jar in deme neghenen unde sosteghesten jare, des sünavendes vor Oculi.

Zwei Siegel hängen an.

Schleswig-Holstein-Lauenburgische

Urkunden

von

1350—1400.

---

2. Privat-Urkunden.

CCCLXXVIII.

Graf Johann (III.) verkauft dem Grafen Adolf von Schauenburg und den Dörfern Sommerland und Grönland einen freien Wassergang und eine freie Königsstraße bis an die Elbe. 1350. Febr. 24.[1]

Wy greve Johan van godes Gnaden tho Holsten unde to Stormaren, junchere Alff unse sone, we bekenneth openbare unde betugeth, dat we mit ganser vorbedach, mit eyndracht und myt rade unser manne, hebben vorkofft redelikes kopes unseme leven veddern greven Alve to Scowenborch, to Holsten und to Stormaren, und Aleve sineme sone und ereme rechten erffnamen und den dorpen van Somerlande und van Gronlande eynen vrigen waterganck unde eyne vrige koninckstrate van dem lande der vorbenomeden dorper want in der Elve dor unse herscop, ver rode breth, van den anbeghinde bot up den dick to Kamerlande, butene dat vlet uttoghaende myt mynes heren luden und se myt em went in de Elve, darby eene konninckstraten tho ereme behove und erer nut, uns noch den unsen nicht to vragende, vredeliken, brukeliken und vrigelliken to bysittende jummermer, vor drehundert marck Hamborgher penninghe, se und al de na en komende syn. Vortmer were dat dar jenigherhande broke up deme vorsprekene watergang effte up der koninckstraten, de dar by geyt, schude, dat schal wi greve Johan und sine erffnamen rechten over de unsen und greve Alff und sine erffnamen rechten over de eren. Dith is gheschen und gedegedinget to Kamerlande, na Godes bort dusent jar drehundert jar in deme veftigsten jare, in sunte Mathias daghe des werden apostels. Tho eener bethuginghe und eener ewichlicken besittinghe alle der vorbenomeden stucke hebbe wi greve Johan und juncher Alff unse ingesegele ghehangen vor dessen breff, dar jegenwardich sind ghewesen unse truwe manne Ghert Hoken, Bartram Scholenvlet, Hasse Krummendick, Albert Scolenvlet, Tydeman Hest, und noch mer truwer lude, tho ener betuchnisse alle der stucke, de hir vorbenometh synt.

[1] Aus einem Copiarius im Besitz des Kammerherrn Seestern-Pauly durch Adv. Biernatzki. Die Urkunde giebt die Entstehung des sog. Wildenwassergangs.

CCCLXXIX.

Der Propst Hinrich Witte und die Knappen Johann Stenwarde und Fikke Putferken schenken dem Kloster zu Reinbeck verschiedene Besitzungen. 1351. Juni 28.

Original im Kanzlei-Archiv.

Universis presentes literas visuris et audituris, nos Hinricus Witte prepositus monasterii sanctimonialium in Reynebeke, necnon Johannes Stenwarde et Fikko Putferken famuli, confratres earundem, cupimus esse notum, quod bona et redditus infrascriptos deputavimus et assignavimus, quisque nostrum, prout sui interest, necnon tenore presentium deputamus et assignamus, ad comparandum tunicas dictis monialibus pro necessitate et indigentia ipsarum secundum modum infrascriptum. Primo quidem ego Hinricus Witte predictus assigno ad predictum usum curiam Escheborch, per me emptam a magnificis viris et illustribus dominis Erico seniore ac Erico juniore ducibus Saxonie, cum denariis tamquam elemosinas a devotis hominibus ad hujusmodi pium usum specialiter datis, una cum omnibus et singulis fructibus, proventibus et utilitatibus ejusdem curie, videlicet pratis, pascuis, agris et hujusmodi, etiam una cum agris ipsius, quos colunt illi de Bornesem; item molendinum in Grande, quod ad eundem usum filii strennuorum militum, quondam dominorum Ludekini et Heynonis de Scarpemberghe contulerunt; item unum plaustrum salis in salina Luneburgensi, quod ad prefatum usum dominus Johannes de Remstede bone memorie assignavit. Ego vero Johannes Stenwarde predictus assigno et dimitto in perpetuum post obitum meum ad dictum usum 8 marcarum perpetuos redditus, quos habeo in villa Vulensik, nec non 5 marcarum perpetuos redditus, quos habeo in Reytbruke, qui possunt reemi per heredes Mildehovedes pro quinquaginta marcis; qui si reemuntur, ipse 50 marce in alios perpetuos redditus debebunt converti ad usum memoratum; item decimam, quam habeo in Hosenvlete; que quidem bona predicta sunt de meis propriis denariis comparata, quibus omnibus volo solum temporibus vite mee uti, post obitum autem meum eadem, ut predicitur, ad comparandum dictas tunicas liberaliter erogari. Item dimitto et assigno ad prefatum usum 8 marcarum perpetuos redditus, tamquam exequtor testamenti quondam Radekini Schoren civis Hamburgensis, sitos in molendino Steinbeke, quos ipse Radekinus etiam pie ad hunc usum dinoscitur contulisse. Ego vero Fikko Putferken predictus dimitto et assigno ad comparandum sepedictas tunicas quinque marcarum perpetuos redditus, quos habeo in Reytbruke, qui similiter possunt reemi per heredes Mildehovedes pro 50 marcis; qui si reempti fuerint, ipse 50 marce in alios perpetuos redditus debebunt converti, quibus etiam volo uti solum ad tempora vite mee, post obitum vero meum ad predictum usum

perpetuo erogari. Prepositus siquidem dicti conventus, qui pro tempore fuerit, huncmodum observabit: Primo anno incipiet a senioribus monialibus, ordine introitus ipsarum attento, et dabit cuilibet unam marcam pro hujusmodi tunicis comparandis. Secundo anno aliis in ordine sequentibus similiter cuilibet unam marcam. Tercio anno iterum aliis in ordine sequentibus cuilibet unam marcam; et sic deinceps hic modus servetur. Postquam autem omnibus monialibus hujusmodi marca pro tunica comparanda fuerit erogata, iterum hic ordo est a senioribus repetendus, et talis modus in hujusmodi denariis dandis in perpetuum observetur. Si vero numerus ipsarum monialium decresceret, adeo quod in paucioribus annis possent singule in dicta marca danda expediri, iterum extunc erit a senioribus inchoandum. In recompensam vero hujusmodi elemosinarum memoria omnium et singulorum, qui ad hec aliquid contulerunt, quod dicta curia Escheborch empta fuit, ac memoria illorum de Scarpemberghe, necnon domini Johannis de Remstede, et insuper specialiter memoria mei Johannis Stenwarden post obitum meum et totius parentele mee in anniversario meo, et deinde ter in anno temporibus congruentibus, meique Frikkonis Putferken predicti post obitum meum memoria et parentum meorum in dicto monasterio annis singulis devote et fideliter, in vigiliis et missis, debebunt perpetuo celebrari. Hoc autem sane et inviolabiliter observandum adicimus, quod si prepositus, qui pro tempore fuerit, et conventus predicti monasterii vellent prefatos redditus vendere vel alienare vel ad alios usus deputare, quocunque quesito colore, aut nollent memorias predictas, ut premittitur, peragere, extunc ipso facto debebunt esse privati dictis redditibus, qui tunc ad chorum ecclesie Hamburgensis debebunt devolvi, pro memoriis hujusmodi ibidem jugiter peragendis. In cujus rei testimonium sigilla nostra presentibus sunt appensa. Actum et datum Reynebeke, anno Domini 1351, in vigilia apostolorum Petri et Pauli.

3 Siegel hängen an. Auf einem angehefteten Pergamentstreifen steht:

Isti redditus sunt deputati per Hinricum prepositum, Johannem Stenwarden et Fridericum Putverken ad tunikas monialium in Reynebeke. Primo in curia Escheborch 10 marce. Item in molendino Grand quondam 8 marce, nunc autem 5 marce dantur. Item unum plaustrum salis in salina. Item 8 marce in Wlensich. Item 10 marce in Reytbroch. Item decimam in Hosenvlete, que quondam solvit 4 marcas, quandoque plus vel minus. Item in molendino ville Stenbeke 8 marce. Summa quadraginta et novem marce. —

CCCLXXX.

Herzog Erich von Sachsen-Lauenburg genehmigt, daß die von Ritzerow ihre Gerechtigkeit an Gütern zwischen den Dörfern Telekow und Tramme an das Kloster zu Reinbeck übertragen. 1351. October 31.

Original im Kanzlei-Archiv.

Nos Ericus Dei gratia dux Saxonie junior, publice protestamur in hiis scriptis, quod constituti in presentia nostra famosi et honesti famuli Hartwicus, Thidericus, Conradus, Bertoldus et Hartwicus junior, filius Thiderici dicti de Ritzerowe, sub consensu omnium quorum interesse videbatur vel adhuc interest, resignaverunt coram nobis discretis et honestis personis, domino . . preposito . . priorisse . . totique conventui sanctimonialium in Reynebeke, in perpetuos suos usus, omne jus impeticionis bonorum suorum, sitorum inter villas Thelekowe et Tramme in metis terre eorum, absque aliquali contradictione cujuscunque, pacifice perfruendum. Quare dicti . . prepositus . . priorissa . . et conventus sororem memorati Hartwici de Ritzerowe senioris in claustralem claustri Reynebeke in recompensam predictorum collegerunt. Ad instantem animi peticionem dictorum de Ritzerowe presentem resignationem ratificamus et approbamus, nolentes dictas personas per nostros officiales aliqualiter impediri. In cujus rei evidens testimonium presens litera nostro sigillo constat sigillata. Datum anno Domini 1351, in vigilia omnium sanctorum.

CCCLXXXI.

Der Knappe Heinrich von Stove erklärt sich verpflichtet eine Rente von 5 Mark, die er verkauft, dem Grafen Johann (III.) binnen 3 Jahren als Lehn wiederzuverschaffen. 1351. November 11.

Original im Geheimen Archiv.

Ego Hinricus de Stove armiger tenore presencium recognosco, quod ego aut mei veri heredes reditus quinque marcarum, quos vendidi domine Wiben, relicte Wolderi Ruffi bone memorie, nobili domino comiti Johanni aut suis veris heredibus a dato presencium ultra per tres annos continue subsequentes in omagium sive in jus feodale reordinare debemus et representare. Hec una nobiscum et pro nobis discreti viri et honesti,

videlicet dominus Otto Wutseke miles, Hinrikus Cremstorpe et Emekinus Welsterman, prefatis promiserunt inviolabiliter observare. In cujus rei testimonium sigillum meum una cum sigillis predictorum presentibus sunt appensa. Datum anno Domini 1351, in die beati Martini episcopi.

3 Siegel. Auf dem Rücken: Hinricus de Stove tenetur reemere quinque marcas redditus.

CCCLXXXII.

Herzog Erich (II.) von Sachsen bestätigt dem Capitel von Ratzeburg den Verkauf von Mechow durch die Gebrüder von Ritzerowe und verkauft seine Rechte an demselben. 1351. December 29.

Original im Ratzeburger Domarchiv zu Strelitz.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Ericus Dei gratia dux Saxonie, Angarie et Westfalie, universis in Christo credentibus presentem paginam visuris seu audituris in eodem Jesu Christo gaudium et salutem cum notitia rei geste. Necessaria est rerum gestarum descripcio, presertim ad ecclesias et personas ecclesiasticas pertinentium, ne, ut quandoque fieri solet, posteri oblivione moti denegare valeant, consensu priorum ac consilio maturius stabilita. Hinc est, quod notum esse volumus universis tam presentibus quam futuris, quod fideles nostri Hardwicus, Bertoldus, Thidericus et Conradus fratres, famuli dicti de Ritzerowe, filii Bertoldi strennui quondam militis ejusdem cognominis, cum consensu filiorum Hardwici predicti et Hardwici, filii Thiderici quondam famuli de Ritzerowe, in nostra testiumque subscriptorum propter hoc presentia personaliter constituti, de voluntate, beneplacito ac consensu nostro patrisque nostri predilecti domini Erici ducis Saxonie ac heredum nostrorum, matura deliberatione prehabita, et consensu omni adhibito, quorum ad hoc consensus merito fuerat requirendus, juste, rite et rationabiliter vendiderunt, dederunt, tradiderunt, et cum bona, libera ac spontanea voluntate ac ea qua decuit sollempnitate resignaverunt jure proprio in perpetuum honorabilibus viris dominis Johanni preposito, Hinrico priori, totique capitulo ecclesie Raceburgensis, pro se suisque successoribus ac ecclesia Raceburgensi predicta recipientibus et ementibus, villam dictam Mechowe cum curia ac propugnaculo situatam in parrochia ecclesie Slawekestorpe dicte Raceburgensis dyoceseos; cum omnibus domibus, casis, fortaliciis et appendiciis, terris, possessionibus, mansis, agris cultis et incultis, ortis, pratis, pascuis, nemoribus, silvis, lignis, rubetis, virgultis, paludibus, cespitibus, cum stagno

ipsi ville adjacente, ea libertate et proprietate, quod nulli vicini, quorum terre et agri ipsum stagnum contingentes, nil juris in piscationibus majoribus et minoribus ac captura piscium sibi requirere et vendicare poterunt ullo modo, aquis, rivis aquarumque decussibus, piscacionibus, viis et inviis, gressibus et regressibus, venationibus, forestis, fossatis, molendinis, in stagnationibus factis et fiendis, terminis et terminorum distinctionibus, juribus servitutibus, jurisdictionibus, cum incisione porcorum, decimis, fructibus, proventibus, obventionibus, censibus, redditibus, ceterisque commodis, utilitatibus, petitionibus ac emolumentis aliis quibuscunque ad dictam villam Mechowe, fortalicium et curiam, seu possessiones, domos et alia superius nominata, seu ad aliqua eorum, sive ad dictos venditores seu eorum aliquem ratione vel occasione predictorum quomodocunque pertinentibus, ad habendum, tenendum et pleno jure possidendum et quidquid eis eorumque successoribus deinceps perpetue placuerit faciendum, cum omnibus et singulis prenominatis et aliis ville, propugnaculi et curie predictorum pertinenciis, quocunque nomine censeantur, prout ad ipsos liberius pertinuisse et a nobis nostrisque progenitoribus in pheodum habuisse et tenuisse noscuntur, pro precio duorum milium marcarum denariorum Lubicensium; quod pretium dicti Hardwicus, Bertoldus, Thidericus et Conradus fratres de Ritzerowe et venditores confessi et contenti fuerunt in veritate a predictis preposito, priori et capitulo dicte Raceburgensis ecclesie, se habuisse et recepisse, ac ipsis integre datum, solutum et numeratum esse et fuisse, ac apud se illud habere; renunciantes expresse exceptioni non dati, non soluti ac non numerati pretii, et beneficio conpetenti ultra dimidium justi pretii contravenientis; promittentes villam, propugnaculum et curiam praedictos et omnia alia et singula supradicta dictis emtoribus, eorum successoribus, ac ecclesiae Raceburgensi habere licere, dolum malum abesse abfuturumque esse; constituentes se eadem nomine eorumdem emtorum jure precario possidere, donec et quousque possessionem eorum vel quasi acceperint corporalem, quam accipiendi et intrandi sua auctoritate et retinendi deinceps per se vel per alios, ipsis licentiam et potestatem omnimodam concesserunt; dimittentes pro se suisque heredibus et successoribus natis et nascituris dictis emtoribus pro se successoribus suis ac ecclesia sua legitime stipulantibus, eisdem seu alteri eorum de villa, propugnaculo, curia, possessionibus, juribus universis et singulis supra dictis vel eorum aliquo, litem seu controversiam ullo tempore non inferre nec inferenti aliqualiter consentire, sed ipsa omnia et singula predictis emtoribus eorumque successoribus, ab omni homine, communitate vel universitate legitime defendere, auctorizare, expedire et disbrigare vacuamque et liberam possessionem[1] tradere. Et si quo tempore lis vel questio aut controversia per libelli oblationem vel alio quocunque modo eisdem emtoribus seu alteri eorum vel eorum successoribus de supra dictis omnibus et singulis aut aliquo eorum vel parte seu ipsorum occasione moveretur,

[1] ist zweimal geschrieben.

ipsam litem, controversiam, questionem vel libellum in omnem causam et eventum, quandocunque et quotienscunque eis seu eorum alteri denuntiatum fuerit, in se ipsos suscipere, et tam in principalibus causis quam etiam... (?) appellationem sistere usque in finem, omnibus ipsorum suorumque heredum sumptibus, dampnis, dispendiis, laboribus et expensis. Et nihilominus, si propter ea omnia et singula vel aliquam (?) seu partem ipsorum prefati emtores vel successores eorundem damna incurrerent vel paterentur vel interesse sustinerent, seu expensas facerent in judicio sive extra, promiserunt dicti venditores, dampna et interesse predicta in integrum eis reficere et expensas refundere et de laboribus satisfacere, sive predicte res vendite vel aliqua ex iis vel pars earum eviote fuerint sive non, et de his omnibus stare et credere simplici verbo et dicto eorumdem. Quam siquidem venditionem et omnia et singula supra scripta promiserunt sepe dicti venditores cum (?) prefatis emtoribus pro se suisque successoribus stipulantibus, perpetua, firma, grata et rata habere, tenere, observare et adimplere, nec contra facere vel venire, per se vel per alium seu per alios aliqua ratione vel causa sive ingenio, seu quovis etiam colore quesito de jure vel de facto. Pro quibus omnibus et singulis firmiter observandis et fideliter adimplendis obligaverunt iisdem emptoribus eorumque successoribus omnia bona sua, tam presentia quam futura. Ad hec Walrawenus de Duwense, Detlevus de Parkentin, Eghardus de Crumesse, milites, Hartwicus de Ritzerowe quondam filius Thiderici predicti, Johannes de Crumesse, Vicco Marscalk et filius ejus Vicco, Nottelmann de Parkentyn, Detlevus Gronowe, famuli, precibus et mandato dictorum venditorum se principales constituentes, conjuncta manu et in solidum, sine aliqua exceptione juris vel facti se obligando fide data promiserunt dictis emptoribus pro se aut successoribus suis legitime stipulantibus, predictos venditores omnia et singula supra scripta a se promissa et facta perpetuo observare debere nec contra facere per se vel per submissas seu interpositas personas, de jure vel de facto renunciantes nove constitutioni de fidejussorum beneficio, exceptioni dotis conditionis (?) sive causae accommodationi in factum et omni alii auxilio juris sive facti, per que sive per quod premissa seu eorum aliquid posset infringi seu quomodocunque impugnari. Nos quoque Ericus Dei gratia dux Saxonie predictus dictum venditionis et emptionis contractum cum omnibus et singulis articulis predictis et conditionibus suis premissis autorizavimus, ratificavimus et approbavimus, et tenore presentium, de consensu patris nostri predicti et heredum nostrorum, communicato et etiam super hoc habito fidelium vasallorum et consiliariorum nostrorum consilio, autorizavimus, ratificavimus et etiam approbavimus; de quorum etiam consilio, consensu pariter et assensu vendidimus rite et rationabiliter dictis dominis Johanni preposito, Hinrico priori totique capitulo dicte Razeburgensis ecclesie pro se suisque successoribus ac predicte ecclesie Razeburgensi ementibus, pro quadringentis marcis denariorum Lubicensium nobis integraliter persolutis in pecunia numerata et in usus nostros

necessarios jam conversis, omnem proprietatem ac directum dominium, judicium supremum, videlicet colli et manus, et infimum judicium, jurisdictionem et omnimodam libertatem, commoditatem et utilitatem, ac quidquid juris in villa Mechowe, propugnaculo, curia et stagno predictis, et eorum attinentiis, ac in hominibus vel circa homines et colonos ibidem pro nunc et perpetuis futuris temporibus commorantibus, necnon in omnibus et singulis articulis, pactis et conditionibus vel parte eorum, superius in contractu, quem approbavimus, innarratis (?); et quod Johanni patri et heredibus nostris predictis vel nostris etiam successoribus competit, vel per successionem, devolutionem, causam vel occasionem, seu alio quovis modo competere posset quomodocunque in futurum, exceptis borchwerch et brughwerch et lantwehre, ad que opera coloni dicte ville Mechowe, sicut ceteri homines terre nostre, cum necesse fuerit, tenebuntur, non tamen ad hec per nos seu nostros advocatos vel officiales, sed per prepositum Razeburgensem, qui pro tempore fuerit, vel ipsius officialem evocari et citari debebunt, et etiam predictum prepositum seu ejus officialem puniri, si in nos desides fuerint et rebelles; donantes liberaliter et irrevocabiliter, ob remedium anime nostre et parentum nostrorum, ea donatione que inter vivos dicitur, de consensu patris et heredum nostrorum predictorum, dictis emptoribus et successoribus eorum ac ecclesie Razeburgensi, quidquid predicta proprietas ac directum dominium necnon alia superius enarrata et quecunque alia, quocumque nomine censeantur, que nobis sive ipsis competunt seu in futurum possent competere, plus valent aut in futurum valebunt precio supradicto; resignantes dictis emptoribus eorumque successoribus in perpetuum et ecclesie Razeburgensi predicte villam Mechowe, curiam, propugnaculum et stagnum sepe dictos, cum eorum attinenciis et pertinenciis, prout in suis terminis et distinctionibus sunt comprehensi, cum directo et utili dominio, censibus, petitionibus, cum omnibus derivaminibus, cum omnimoda et perpetua proprietate et possessione, et cum omnibus et singulis supra scriptis conditionibus et articulis, ac cum plena libertate ecclesiastica, nihil omnino dominii directi vel utilis, juredictionis, servicii, preter borghwerk, broŭgwerk et lantwer, eo modo quo premittitur, aut exactionis seu prestationis sive juris nobis aut nostris heredibus sive successoribus aut alicui alteri quomodocunque reservantes. Et nihilominus omnia et singula supra scripta perpetua, firma tenere, attendere, observare et adimplere, nec contra facere vel venire, per nos seu per alios, directe vel indirecte, de jure vel de facto, presentibus literis una cum patre necnon heredibus nostris predictis, promittimus sepe dictis emptoribus pro se suisque successoribus stipulantibus bona fide. Ut autem hec omnia et singula robur obtineant perpetue firmitatis et a nullo homine infringari valeant seu infringi, presentem paginam dedimus majoris nostri sigilli munimine roboratam; appensis etiam patris nostri predilecti domini Erici ducis Saxonie, qui suum consensum premissis omnibus adhibuit, ac Hartwici,

Bertholdi, Thiderici et Conradi fratribus [1] famulis dictis de Ritzerowe venditorum, ac Walrawini de Duvense, Detlevi de Parkentyn, Eghardi de Crumesse, militum, Johannis de Crumesse Hartwici, filii quondam Thiderici de Ritzerowe, Viconis Marscalc et filii ejus Vicconis, Nottelmanne de Parkentyn et Detlevi de Gronowe, famulorum et fidejussorum predictorum, sigillis, in testimonium, evidentiam ac robur efficax premissorum. Datum et actum in Molne, anno Domini 1351. in die beati Thome apostoli, presentibus honorabilibus viris et discretis Marquardo Tzule [2] de Steynhorst juniore, Marquardo Mogghefelt, Hartmanno Scarpenbergh, Wasmodo Scaken, Vicconi Marscalc, famulis, Conrado, Alberto et Thiderico fratribus dictis Brüghemaker, civibus Lubecensibus, ac aliis quam plurimis fide dignis, testibus ad premissa vocatis et rogatis.

CCCLXXXIII.

Die Grafen Johann (III.) und Adolf (VII.) verkaufen dem Kloster Reinfeld die Gerichtsbarkeit in mehreren Dörfern, über die lange Streit gewesen, sammt anderen Rechten. 1352. Juli 22.

Fidemirte Copie im Kanzelei-Archiv.

Universis presentes literas visuris seu audituris Johannes Dei gratia comes Holtzacie et Stormarie, ac Adolfus ejus filius eadem gratia dictarum terrarum domicellus, salutem in Domino. Ad perpetuam rei geste memoriam notum facimus, quod, cum pridem inter religiosos viros, abbatem et conventum in Reynefelde, Lubicensis diocesis, ex una, et nos nostrosque advocatos et officiatos seu commissarios, parte ex altera, super judiciis tam supremis quam intermediis et infimis ac eorundem proprietate directa et utili, necnon super culparum et excessuum jurisdictionibus, correctionibus, punitionibus, multarumque et penarum perceptionibus et sublevationibus, que et qui in abbatia committuntur, in villis videlicet Cerben et Stenfelde, Rehorst, Wildendorpe, Politze, Hedcampe, Heyleshope, Hagene, Adamestorpe, Logfelde, Wesenberge, Rottersbeke ac Stubbendorpe, et earum terminis, grangiis et allodiis, infra terminos abbatie contentis, jam pluries fuisset contentio suscitata, que tandem propter ejus frequentiam posset nos ab affectu solito retrahere, quo circa predictos abbatem et conventum afficimur toto corde: sane nos, matura deliberatione nostrorumque fidelium et vasallorum consilio ac consensu omnium, quorum

[1] fratrum famulorum dictorum?
[2] So Masch, Geschichte p. 253 n. Tynle die Abschrift, die auch sonst manche Fehler hat, die ich verbessert.

consensus in hac parte de jure seu de consuetudine fuerat requirendus, habitis, vendidimus, dimisimus et appropriavimus, ac presentibus vendimus, dimittimus, appropriamus, tradimus ac resignamus, plene, libere, realiter et cum effectu, eisdem abbati et conventui, pro octingentis marcis denariorum Lubecensium nobis integraliter persolutis et in nostram nostrorumque heredum utilitatem conversis, ac in ipsos abbatem et conventum in totum et irrevocabiliter transferimus omnem proprietatem tam directam quam utilem villarum, grangiarum, bonorum, allodiorum omnium et singulorum predictorum ad eosdem abbatem et conventum spectantium, necnon omnium judiciorum, supremorum, intermediorum et infimorum, ac culparum et excessuum, merum et mixtum imperium, jurisdictionem, cohertionem, correctionem, punitionem, penarumque et multarum perceptiones et sublevationes, omnemque potestatem et totum jus judicandi, quod nostri progenitores ab olim habuerunt et nos hactenus habuimus nostrique heredes seu successores habere poterunt, de jure, consuetudine vel gratia quoquo modo, in predictis villis, bonis, grangiis et allodiis cum terminis eorumdem quacunque ratione vel causa; nobis et nostris heredibus seu successoribus nihil juris, auctoritatis, consuetudinis vel gratie in premissis seu aliquo premissorum reservantes; sic quod aliquis advocatorum nostrorum, officiatorum seu commissariorum, seu quivis alius, de judicio culparum, correctionibus, impignorationibus vel fructibus inde provenientibus, vel de predictis seu eorum aliquo, se intromittere non poterit neque debebit aliquo modo, sed quod illi, quibus abbas commiserit, omnia expedient, omnia sine nobis et nostris commissariis libere judicabunt, et emendas integraliter sublevabunt; renunciantes in, pro et super premissis omnibus et singulis expresse et ex certa sententia exceptioni non date, non numerate pecunie, rei non sic geste, exceptioni doli mali, non justi, non soluti pretii, condicioni indebiti, sine causa et ex justa causa, actioni in factum, beneficio restitutionis in integrum et ejus commodis, ac omnibus aliis exceptionibus et defensionibus juris canonici, civilis et consuetudinarii, quibus contra premissa vel eorum aliqua possemus nos defendere et tueri, et specialiter juri dicenti generalem renuntiationem non valere; salvis etiam privilegiis eidem monasterio super predicto judicio vel aliqua parte ipsius et super premissis omnibus et singulis concessis, quibus per premissa non intendimus aliquod prejudicium generari, imo omnia et singula ea ex certa scientia et expresse ratificamus et approbamus. Ut autem hec apud nos, heredes et successores nostros perpetue firma et inviolata permaneant, presentes literas nostris sigillis fecimus communiri. Datum et actum in castro Plone, anno Domini 1352, in die Marie Magdalene. Presentibus reverendo in Christo patre et domino Bertrammo episcopo Lubecensi, magistro Johanne Boytyn nostro cancellario, Johanne Staken, Longo Plessen, Marquardo Brockdorpe, militibus; Ottone de Kneen nostro marscalco, Thimmone Maruten, Gerardo Hoken, Nicolao Kulen, Marquardo Wlf, Nolavo Tynappel nostro advocato, famulis, et aliis pluribus testibus ad premissa vocatis.

CCCLXXXIV.

Die Grafen Heinrich (II.) und Claus befreien die in ihren Herrschaften und Pfandschaften belegenen Güter des Bischofs zu Odensee von allen Beden und anderen Lasten. 1353. Juni 24.

Original im Geheimen Archiv.

Omnibus presens scriptum cernentibus Henricus et Nicolaus Dei gratia comites Holsatie et Stormarie in Domino salutem sempiternam. Notum facimus universis et presentibus publice protestamur, quod reverendo in Christo patri ac domino, domino fratri Nicolao divina miseracione Ottoniensis ecclesie episcopo omnia bona sua, que ad presens sub sua ordinacione habet vel aliis commiserit ordinanda, in nostro domineo seu in nostris pignoribus sita, pro omnibus precariis majoribus et minoribus, contributionibus, serviciis, excessibus et oneribus, universaliter libera dimisimus penitus et exempta, prout ecclesia Ottoniensis eis melius et liberius usa fuerit ab antiquo. Quapropter omnibus et singulis advocatis nostris, officialibus, exactoribus seu collectoribus quibuscunque, necnon omnibus aliis causa nostri facere vel omittere volentibus, sub obtentu gratie nostre districte injungimus et mandamus, quatenus memoratum dominum episcopum in bonis suis, ut predicitur, vel suos contra hanc libertatis gratiam sibi per nos factam nullatenus impediant vel molestent, prout Dei indignationem et nostram effugere voluerint ulcionem. In cujus rei testimonium sigilla nostra presentibus sunt appensa. Datum anno Domini 1353, die beati Johannis baptiste.

CCCLXXXV.

Die Grafen Johann (III.) und Adolf (VII.) verkaufen dem Kloster Cismar die Hälfte des Sees Lütkensee und des Flusses Stremmin. 1353. October 16.

Alte Copie im Geheimen Archiv.

In nomine Domini amen. Ad perpetue rei geste memoriam nos Johannes Dei gratia comes Holzacie et Stormarie Adolfusque dicti Johannis comitis filius universis presentia visuris seu audituris salutem in Domino. Ne ea que geruntur in tempore simul labantur cum tempore, necesse est, ut ea literarum testimonio roborentur. Hinc est, quod ad

noticiam tam presentium quam futurorum cupimus devenire, quod nos dimisimus ac presentibus dimittimus religiosis viris, dominis abbati, monachis et conventui ac monasterio in Cysmer, ordinis sancti Benedicti, Lubicensis dioecesis, ipsorumque successoribus in perpetuum, ac in ipsos ipsorumque successores et in predictum monasterium transtulimus et transferimus dimidietatem stagni vulgariter dicti Luttekezee, cum dimidietate fluvii dicti Stremmine, plene, libere, realiter et cum effectu, sicut dimidietas stagni et fluvii predictorum et cujuslibet ad nos et nostros progenitores hactenus dinoscitur pertinuisse. Reliqua vero dimidietas stagni et fluvii predictorum et cujuslibet eorum ad predictos abbatem et conventum ac monasterium Cysmer pleno jure hactenus pertinuit et noscitur pertinere; supradictam vere dimidietatem nos respicientem et contingentem tam stagni quam fluvii ipsis presentibus dimittimus et in eos transferimus, cum pratis, pascuis, paludibus, lignis, rubetis, cespitibus, aquis aquarumque decursibus ac omnibus intermediis, cum omni jure, majori et minori, manus et colli, ac omni proprietate tam directa quam utili, et libertate et commoditate, ac emolumentis omnibus que [ex [1]] dicti stagni ac fluvii medietate ac omnibus supradictis proveniunt et in futurum poterunt provenire usque ad distinctionem per nos et nostrum advocatum seu officiatum Radolfum Tynappel ipsis assignatam et appropriatam, que distinctio evidenter designatur et limitatur per monticulos seu aggeres, qui proprie Schedeberge dicuntur, a mari incipientes, ac se per prata prope sylvam vel indaginem, que proprie Groberhagen dicitur, et demum per quandam particulam nostre sylve vel indaginis supradicte, usque ad campum vel novale, quod Maselowe dicitur, et in campo Maselowe prope particulam silve vel indaginis predicte, usque ad fossatum, quod nostram ac dicti monasterii distinctionem declarat, protendentes, pro trecentis et viginti quinque marcis denariorum Lubecensium, de quibus in solutionem ville Dameloze, quam a predictis dominis abbate, monachis, conventu et monasterio emimus, sicut in litera super hoc confecta plenius continetur, centum et viginti quinque marcis defalcavimus et computavimus ac defalcamus et computamus, ita sane, quod sepe dicti abbas, monachi et conventus ac monasterium libere ac absolute, sine cujusquam requisitione, consilio [2] vel consensu seu auctoritate, ordinent et disponant cum dictis bonis per nos ipsis sic dimissis, assignatis, traditis et presentatis, quicquid ipsis utilius videbitur expedire. Concedimus etiam dominis abbati, monachis et conventui ac monasterio predictis ipsorumque successoribus in perpetuum, pro nostro nostrorumque heredum ac ipsorum omnium bono, dictam distinctionem per fossata ac per plures vel majores monticulos seu aggeres limitandi, decernendi, designandi, declarandi et innovandi, quando et quotienscunque fuerit necesse et opportunum, seu ipsis videbitur expedire. Preterea publice et expresse protestamur nos promisisse, et presentibus bona fide

[1] fehlt in der Abschrift. [2] concilio die Abschrift.

promittimus in his scriptis abbati, monachis, conventui et monasterio predictis, pro nobis nostrisque heredibus et successoribus, litem seu controversiam in, pro et super premissis vel premissorum aliquo eisdem non inferre, seu inferenti consentire, sed magis defendere, disbrigare et auctorizare, et etiam quod in nullo venire velimus contra; de jure vel de facto renunciantes ex certa scientia, pro nobis nostrisque heredibus, insuper et pro premissis et premissorum quolibet, exceptioni doli mali, rei non sic geste, non justi, non soluti pretii, non numerate pecunie, actioni in factum, condictioni ex causa, beneficio restitutionis in integrum, ac omni alii auxilio juris canonici et civilis ac consuetudinarii nostre terre, et quibuscunque aliis defensionibus seu exceptionibus, quibus premissa possent seu poterunt aliquatenus impugnari. Ut autem omnia prescripta rata ac firma inviolabiliter a nobis et nostris heredibus et successoribus perpetuis temporibus permaneant, nostrum sigillum una cum sigillo predicti filii nostri Adolfi presentibus est appensum. Datum et actum in campo prope villam parochialem dictam Arnesboken, anno Domini 1353, in die beati Galli abbatis, hora vesperarum vel quasi; presentibus honestis viris, dominis magistro Johanne Boytin nostro cancellario, canonico Lubicensi, Hassone de Partzowe, Marquardo Brocdorpe, Johanne Staken, Hartwiko Ranzowen, militibus, Siffrido de Plöne, Detlevo Sandbergh, Tymmone Maruten, Ottone de Curen, Ottone de Reventlo, Radolfo Tynappel nostro advocato predicto, et pluribus aliis fide dignis. Et nos Adolfus Dei gratia domicellus Holtzacie et Stormarie predicti ad perpetuam firmitatem omnium premissorum et in evidens testimonium nostri consensus prestiti in premissis et ad omnia et singula premissa, sigillum nostrum ex nostra certa scientia una cum sigillo predicti patris et domini nostri domini comitis Johannis presentibus decrevimus et mandavimus appendendum, et est appensum. Datum et actum anno mense et loco ac presentibus quibus supra.

CCCLXXXVI.

Notariatsinstrument über einen Schiedsspruch zwischen dem Priester Johannes Verda und verschiedenen Mitgliedern des Rathes zu Kiel. 1354. Februar 20.

Original im Kieler Stadt-Archiv.

In nomine Domini amen. Anno nativitatis ejusdem millesimo trecentesimo quinquagesimo quarto, indictione septima, mensis Februarii die vicesima, hora nona vel quasi,

pontificatus sanctissimi in Christo patris ac domini nostri, domini Innocentii pape sexti anno secundo, in mei notarii infra scripti testiumque subscriptorum presencia personaliter constituti discreti viri et honesti, dominus Johannes Verda presbiter Bremensis dyoc., parte ex una, necnon Marquardus Hertbeke, Hinricus Hercze et Octo Enendorp, proconsules, necnon Johannes Visch, Johannes Wraghe, Hinricus Wedele, Hermannus Screghe, Hinricus Stybbekestorpe, Radekinus Olde, Emekinus Tornore, Johannes Slist, Johannes Langhe et Hinricus Langhelowe, consules in Kyle dicte dyoc., ex altera, super quibusdam contencionibus, controversiis et litibus inter ipsos ex utraque parte, videlicet in contumeliis, molestationibus et obprobriis, predictis proconsulibus et consulibus per dominum Johannem Verda presbiterum predictum illatis, necnon inpedicionibus seu inpeticionibus eidem domino Johanni Verda presbitero per proconsules et consules predictos etiam factis et illatis, nec vi, nec dolo, nec metu coacti, sed matura deliberacione prehabita, sponte, libere et voluntarie in strennuos viros et honestos dominos Marquardum de Wisch, Octonem Mordes, Langhen Plessen et Nicolaum Spliit, milites, presentes et consencientes, tamquam in amicabiles compositores concordaverunt et compromiserunt, dantes et concedentes eisdem plenam et liberam potestatem concordandi et componendi amicabiliter predictos dominum Johannem Verda presbiterum, proconsules et consules ac omnes alios, quorum ex illa causa interest, intererit seu interesse poterit quandolibet in futurum, seu de quibus ex predicta causa habetur seu haberi poterit suspicio aliqualis; asserentes diligenter per predictos arbitros requisiti, se gratum et ratum perpetuis temporibus irrevocabiliter habituros, quidquid faciendum per predictos arbitros partibus predictis foret pronunciatum, insinuatum et expressum. Qua compromissione facta ut premittitur, unus de arbitris, videlicet Nicolaus Spliit miles, prehabita tamen deliberacione sufficienti, quandam pronunciationem publice fecit et protulit in hec verba:

Ego Nicolaus Spliit dico et pronuncio, de consensu et consilio aliorum coarbitrorum michi in hac parte adjunctorum, vobis domino Johanni Verda presbitero et vobis proconsulibus et consulibus et omnibus quos presens negocium seu causa tangit vel tangere poterit in futurum, amicabilem compositionem et firmam concordiam, quam corde, ore et manu statim ratificando debetis inter vos inviolabiliter perpetuis temporibus observari, et si quispiam partis utriusque propter hanc causam prepeditus seu irretitus fuerit, statim vel in continenti . . . . . liber esse debet et solutus.

Quam pronunciacionem seu amicabilem composicionem, ut premittitur, ambe partes vive vocis oraculo et extencione manuum suarum affectanter confirmarunt. Preterea proconsules et consules predicti cum tota communitate ibi presentialiter congregata ad insinuacionem et jussionem predicti domini Nicolai Spliit, diligenti tamen deliberacione prehabita, modo quo prius, predictum dominum Johannem Verda presbiterum humiliter rogaverunt, ut quidquid

perturbacionis seu molestie sibi intulissent, ex corde dimitteret et ipsis pure propter Deum simpliciter indulgeret. Quibus precibus predictus dominus Johannes Verda presbiter inclinatus, viva voce consensit ipsis pariter et indulsit. Et idem dominus Johannes Verda presbiter ad insinuacionem predicti domini Nicolai Spliit militis proconsulibus et consulibus predictis confestim supplicavit, ut omnem offensam seu injuriam per eum ipsis illatam sibi misericorditer dimitterent pariterque temeritati sue et negligentie sue pure parcerent propter Deum. Cui supplicationi benivole predicti proconsules et consules ac predicta communitas unanimiter consencientes dimiserunt sibi totaliter indulgendo. Et nihilominus predictus dominus Johannes Verda presbiter, requisitus per honorabilem dominum Hinricum prepositum monasterii Novimonasterii ordinis sancti Augustini rectorem parrochialis ecclesie in Kyl Bremensis dyoc., asseruit se velle contentari in compositione predicta et quod non coactus nec compulsus hanc compositionem inivisset, sed voluntarie ac liber ab omni impedimento seu coactione in predictis omnibus consencisset, et quod sibi sufficienter et integre foret satisfactum. Acta et facta sunt hec ante castrum oppidi Kyle extra jurisdictionem Lub. judicii, anno, indictione, mense, die, hora et pont(ificatu) quibus supra, presentibus honorabilibus viris et discretis dominis Hinrico preposito monasterii Novimonasterii ordinis sancti Augustini rectore parrochialis ecclesie in Kyl Bremensis dyoc., Symone et Jacobo canonicis regularibus ejusdem monasterii fratribus, Conrado gardiano, Marquardo lectore, Borchardo Wetberghe et Detlevo ordinis fratrum minorum conventus in Kyl, fratre Detberno Libiden ordinis beati Johannis domus Hospitalis in Othonia, Wernero rectore ecclesie in Petherstorpe, Arnoldo rectore ecclesie in Haddebo, Petro Buk rectore ecclesie in Brygghe, Hinrico de Havenis perpetuo vicario in ecclesia parrochiali in Kyl, Marquardo Zøthen (?) perpetuo vicario in ecclesia beati Petri in Sleswich, Nicolao Wighendorp, Nicolao Aspen, Nicolao et Johanne Gudeman, presbiteris, Martino Langhesiden, Conrado Hemmendorpe et Lamberto Lobeken clericis, necnon Marquardo de Wisch, Octone Mørder, Langhe Plessen et Nicolao Spliit, militibus, arbitris supra dictis, Bremensis, Othoniensis, Sleswicensis, Caminensis, Lub(ecensis) et Hildessemensis dyoc., et aliis pluribus fide dignis at premissa vocatis specialiter et rogatis.

Et ego Hinricus Lauren. clericus Bremensis dyoc. publicus imperiali auctoritate notarius predicte compromissioni, pronunciacioni seu amicabili composicioni aliisque omnibus et singulis una cum premissis testibus presens interfui, vidi et audivi, eaque manu mea propria conscripsi et in hanc publicam formam redegi meoque signo solito et consweto signavi requisitus.

Et nos Marquardus de Wisch, Octo Mørder, Langhe Plesse et Nicolaus Spliit, milites, arbitri supradicti, Hinricus prepositus monasterii Novimonasterii ordinis sancti Augustini supra dictus, Conradus gardianus, Wernerus rector ecclesie in Pe-

therstorpe, Petrus Buk rector ecclesie in Brygghe, Arnoldus de Haddebo, Hinricus de Havenis et Marquardus Zethe (?) vicarii supra dicti, omnibus et singulis supra dictis presentes una cum notario et testibus supra scriptis interfuimus et ea sic acta et facta fuisse et esse appensione nostrorum sigillorum approbantes protestamur.

Von den 11 Siegeln ist nur noch eins erhalten.

CCCLXXXVII.

Graf Johann (III.) beurkundet eine Vereinigung mit dem Abt von Reinfeld, nach welcher diesem die volle Gerichtsbarkeit überlassen worden ist. 1357. Januar 2.

Alte fidemirte Copie im Kanzelei-Archiv.

Universis presentes literas visuris seu audituris Johannes Dei gratia comes Holtzatie et Stormarie. Recognoscimus per presentes publice protestando, quod nos nostro nostrorumque omnium et singulorum heredum ac successorum nomine cum domino Egghardo abbate monasterii in Reynevelde unionem finalem, nobis acceptabilem, concorditer ordinavimus ac fecimus pro colonis et familia ejusdem monasterii Reinevelde; ita videlicet, quod in futurum nullus omnino advocatorum, officialium, commissariorum vel nunciorum nostrorum, vel etiam heredum aut successorum nostrorum quocunque etiam nomine censeantur, de quacunque seu qualicunque correctione villanorum et familie antedicti monasterii, ex parte transgressionum quorumcunque mandatorum nostrorum, se de cetero quovis modo intromittat seu intromittere audeat vel presumat, sed nostri nostrorumque omnium heredum et successorum nomine omnino desistat; et advocatus pro tempore ejusdem monasterii Reinevelde omnia et singula solus judicabit ac disponet, et omnes et singulas emendas quovis modo inde provenientes solus sublevabit perpetuis temporibus futuris, prout hoc in aliis literis nostris et Adolfi filii nostri super hoc specialiter confectis clarius est expressum. In cujus rei fidele testimonium sigillum nostrum presentibus est ex certa scientia nostra appensum. Datum Plone, anno Domini millesimo trecentesimo quinquagesimo septimo, in crastino circumcisionis domini nostri Jesu Christi.

CCCLXXXVIII.

Herzog Erich (II.) von Sachsen-Lauenburg entscheidet einen Streit zwischen Bischof Wipert von Ratzeburg und Heinrich von Krumesse über das Dorf Swanenbeck. 1357. Juni 26.

Original im Ratzeburger Dom-Archiv zu Strelitz.

Nos Ericus Dei gracia junior dux Saxonie, Westvalie et Angarie, tenore presencium testamur, quod omnes dissentiones et discordias, que erant inter venerabilem patrem dominum Wipertum episcopum Raceburgensem, ex una, et strenuum militem dominum Hinricum de Crumesse fidelem nostrum, parte ex altera, super impeticione, quam idem dictus Hinricus habuit super villa Swanenbecke, sibi ut dicebatur per episcopum Volradum bone memorie obligata, et super quibuscunque aliis articulis per ipsum dominum Hinricum contra dictum dominum episcopum quocunque modo motis, composuimus et complenavimus in hunc modum: Sepe dictus dominus Wipertus episcopus Raceburgensis exsolvet et erogabit eidem domino Hinrico et suis heredibus ante festum beati Michaelis nunc proximum sexcentas marcas Lubicenses in argenteis denariis in terris nostris datiuis intra civitatem Lubeck expedite. Quod si facere noluit, quod in optione sua stabit, extunc nichilominus ante idem festum persolvet sibi sexaginta marcas Lubicenses dicte monete, et in anno proxime venturo exsolvet sibi in predicto loco ante predictum festum beati Michaelis in predicta moneta sexcentas marcas Lubicenses sine amplioribus dilacionibus et expedite. Cum hiis omnis dissencio et discordia et omnis impeticio per eundem dominum Hinricum contra eundem dominum episcopum quomodolibet mota, de quibuscunque et (?) causis exorta, terminata est et finita. In cujus testimonium sigillum nostrum presentibus jussimus appendendum. Datum et actum Raceborgh, anno Domini 1351, in die beatorum Johannis et Pauli.

Siegel.

CCCLXXXIX.

Bischof Nicolaus von Schleswig bestätigt dem Collegiatstift zu Hadersleben das Recht, die Pfarrer an den dortigen Kirchen ein- und abzusetzen. 1358. April 10.

Aus dem Registrum Capit. Hadersleb. im Kanzelei-Archiv.

Omnibus presens scriptum cernentibus Nicolaus Dei et apostolici sedis gratia episcopus ecclesie Sleswicensis salutem in Domino. Quia de veteri more et consuetudine prescripta legittima approbata et servata tam in ecclesiis cathedralibus quam collegiatis ubilibet ubi canonici existunt perpetuis temporibus servatum, cujus in contrarium in memoria hominum non existit, quod canonici in eisdem residentes parrochiales sacerdotes vel sacerdotem in ecclesiis suis assumere, instituere, destituere, et de eo plene disponere habeant facultatem et posse: nos igitur dictam consuetudinem tanquam legittimam confirmare et approbare cupientes, ipsam nichilominus in nostra ecclesia collegiata Haderslebensi [1] ab antiquo observatam ibidem futuris temporibus mandamus et precipimus sub excommunicationis pena, quam in quoslibet vel quemlibet contradictores vel contradictorem trium dierum canonica et peremptoria monicione premissa ferimus in his scriptis, inviolabiliter in suo vigore et robore permanere. Datum nostro sub sigillo anno Domini 1358, die Leonis pape et martyris.

Aufschrift: Gratia institucionis et destitucionis quoad ecclesias et capellas nostras per reverendum patrem dominum Nicolaum approbata.

CCCXC.

Konrad von Eppense Vicar der Kirche St. Petri zu Hamburg schenkt zunächst seinen Tanten zweien Nonnen zu Reinbeck, nach deren Tode aber dem Kloster die Renten, welche er im Dorf Odingdorf hat. 1359. Mai 1.

Original im Geheimen Archiv.

Universis presentia visuris vel audituris. Ego Conradus dictus de Eppense, perpetuus vicarius ecclesie beati Petri in Hamborch, cupio esse notum, quod ex certa scientia dedi

[1] Haderslensi die Abschrift.

et dimisi liberaliter et irrevocabiliter, et tenore presentium do et dimitto, ex causa donationis inter vivos, dilectis materteris meis Ghertrudi et Alheydi dictis de Hollenstede, sanctimonialibus in Reynebeke, quoad vite ipsarum duntaxat tempora, perpetuos redditus meos, septem modiorum siliginis Hamburgensis mensure, quos habeo in villa Odingdorpe percipiendos annuatim, in quolibet festo beati Martini inter se equaliter dividendos. Postquam tamen una earum obierit, alia supervivens eosdem redditus integre percipiet; ambabus vero defunctis, hujusmodi redditus ad usum infrascriptum perpetuo pertinebunt, ad quos eosdem exnunc ut extunc do et lego, tanquam ex causa donationis inter mortuos, pro salute anime mee et anime Luderi Nigri civis Hamburgensis bone memorie necnon animarum omnium benefactorum meorum; videlicet quod celeraria dicti monasterii in Reynebeke dimidietatem predictorum reddituum in anniversario meo et aliam dimidietatem in anniversario dicti Luderi in potu et cibariis, prout melius fieri poterit, inter moniales ipsas equaliter pro refectione consolatoria equaliter distribuat, et quod tantum minori quantum majori ministretur, et in recompensam hujus memorie nostre singulariter in singulis anniversariis nostris, in dicto monasterio, in vigiliis et missis debebunt devote peragi, et ipse moniales nos et benefactores nostros habere in orationibus suis domino Deo diligentius commendatos. Insuper si dicte matertere mee ambe obierint, me adhuc supervivente, volo quod dimidietas dictorum reddituum in anniversario ipsarum, loco anniversarii mei, quousque ego debitum carnis persolverim, distribuatur, sicuti est predictum. Ceterum do et concedo domino . . preposito . . priorisse et . . conventui memorati monasterii, quocunque tempore ipsis placuerit, dummodo hoc fiat in festo pasche, gratiam reemendi dictos redditus pro triginta marcis denariorum Hamburgensium, pro quibus eosdem comparavi, et si reempti fuerint, volo quod cum hujusmodi pecunia alii certi redditus comparentur ad usum supradictum. In cujus rei testimonium sigillum meum literis presentibus est appensum. Datum anno Domini 1359, in die apostolorum Philippi et Jacobi. Et nos Johannes prepositus, Alburgis priorissa et conventus supradicti donationes supradictas ratas et gratas habentes, damus et concedimus dictis Ghertrudi et Alheydi, materteris ipsius domini Conradi, et quibuslibet aliis dictorum reddituum legitimis possessoribus, potestatem per se ordinandi et constituendi ad manus suas quemcunque voluerint collectorem reddituum eorumdem. In cujus etiam rei testimonium sigilla nostra presentibus literis sunt appensa. Datum prout supra.

CCCXCI.

Bischof Nicolaus von Schleswig trennt die Capelle zu Klinteringenge von der Kirche zu Leck. 1359. Juni 30.

Original im Kanzelei-Archiv.

Omnibus presens scriptum cernentibus Nicholaus Dei et apostolice sedis gratia episcopus Sleswicensis salutem in Domino sempiternam. Notum facimus universis, presentibus publice protestando, quod cum capella beate Katerine in Klynteringenge, de ecclesia beati Wyllehadi in Lekky magno tempore constructa, in redditibus et proventibus ita pinguis sit et habundans, quod ex eis sacerdos bonus et honestus, quicumque pro tempore fuerit, possit honorifice sustentari, nos ipsam capellam beate Katerine in Klintringenge ab impetitione ecclesie beati Wyllehadi in Lekky, de consensu illustris principis et domini, domini Waldemari ducis Jucie, veri patroni dicte ecclesie in Lekky, ac aliorum parrochianorum ibidem voluntate, absolvemus, cum omnibus suis juribus, fructibus, decimis, oblacionibus, prebendis, proventionibus ac pertinentiis suis universis, presentibus separando, bonis tamen et redditibus in parrochia beate Katerine in Klinteringenge scitis, ad fabricam sepedicte ecclesie beati Willehadi in Lekky spectantibus, exceptis penitus et exemptis, quibus eam uti volumus libere et quiete. Inhibemus eciam sub excommunicationis pena firmiter et districte, ne quis dictam capellam beate Katerine in Klinteringenge vel ejus sacerdotem aut parrochianos ibidem super hujusmodi separationis gratia per nos rite facta aliqualiter inquietare audeat vel presumat, prout eandem excommunicationis sententiam duxerit evitandam. Actum et datum Swavest. anno Domini 1359, ipso die commemorationis sancti Pauli apostoli, nostro sub sigillo una cum sigillo capituli nostri Sleswicensis predicti.

Es waren früher 2 Siegel angehängt.

CCCXCII.

Heineke Strus und Marquard von Hamme verkaufen dem Kloster Reinbeck zwei Hufen in Gelevelde. 1359. October 18.

Original im Kanzelei-Archiv.

Universis presentia visuris vel audituris. Nos Heyneke Strus armiger, filius quondam domini Raveni Strus militis, necnon Marquardus de Hamme, filius quondam Ade de Hamme armigeri, cupimus esse notum, publice protestantes, quod de pleno consensu et maturo consilio discrete matrone Elizabeth, sororis mei Heyneken ac matris mei Marquardi predictorum, relicte dicti Ade vidue, necnon Witte Maken armigeri et Detlevi ejus filii et omnium aliorum heredum et amicorum nostrorum, quorum potuit interesse, rite et rationabiliter vendidimus et dimisimus justo venditionis tytulo, et tenore presentium vendimus et dimittimus, honorabili viro domino Johanni . . preposito, necnon religiosis personis Alburgi priorisse ac conventui monasterii sanctimonialium in Reynebeke, duos mansos sitos in villa Gelevelde in parrochia Radelvestede, quos nunc colunt Heyno Molvor et Heyno Piper, et quorum quilibet solvit annuatim dimidium chorum siliginis Hamburgensis mensure et unum modium avene et quatuor solidos denariorum Hamburgensium et unum thop lini, cum omni jure et proprietate, utilitate et commoditate, ac attinentiis suis, videlicet agris, lignis, rubetis, pratis, pascuis, aquis aquarumque decursibus, prout siti sunt in terminis dicte ville, necnon cum omni judicio majore et minori, libere et perpetuo possidendos, prout ipsos olim dictus dominus Ravenus miles et nos postea successione hereditaria possedimus pacifice et quiete, pro quinquaginta marcis denariorum Hamburgensium, nobis per dictos . . prepositum . . priorissam et . . conventum in prompta et numerata pecunia plenarie persolutis; transferentes realiter et rationabiliter in ipsos omnem proprietatem et omne jus, quam vel quod in dictis mansis ac bonis dinoscimur hactenus habuisse, dantes etiam et concedentes eisdem plenam et liberam potestatem, dictos mansos et bona hujusmodi vendendi, donandi, obligandi, alienandi et distrahendi, ac in usus quoscunque tam ecclesiasticos quam mundanos convertendi, prout ipsorum placuit voluntati. Ceterum si, quod absit, . . prepositum, priorissam et conventum prefatos in dictis mansis ac bonis hujusmodi in posterum per quemquam, cujuscunque status vel conditionis exstiterit, quomodolibet inbrigari contigerit, nos et heredes nostri ipsos disbrigare et omnino indempnes servare tenebimur cum effectu. Et nos Wytte Make armiger et Detlevus ejus filius supra dicti constituimus nos in premissis tenore presentium una cum Heyneken et Marquardo predictis principales venditores; promittentes una cum discretis viris, Heyneken et Marquardo predictis, ac Hen-

ningo, Hermanno et Emekino fratribus, filiis quondam Lamberti Strus armigeri, quod venditio et contractus hujusmodi debebunt per omnia firmiter et inviolabiliter observari. In quorum omnium et singulorum evidens testimonium sigilla nostra una cum sigillis dictorum fratrum, compromissorum nostrorum, presentibus sunt appensa. Et nos Henningus, Hermannus et Emekinus fratres supra dicti constituimus nos in solidum per presentes compromissores et nichilominus principales debitores una cum supradictis venditoribus in premissis. In cujus rei testimonium et (?) etiam sigilla nostra presentibus sunt appensa. Datum et actum in villa Stenbeke, anno Domini 1359, in festo beati Luce ewangeliste.

Auf dem Rücken: Litera, super duobus mansis sitis in villa Gelevelde in parochia Radelevestede.

CCCXCIII.

Heinrich und Johann von Lützow genehmigen eine Vergabung von verschiedenen Ländereien zu Schiffbeck und Billwerder an das Kloster Reinbeck. 1360. Februar 4. [1]

Alte Copie (im Kanzelei-Archiv?)

Universis presentia visuris vel audituris. Nos Hinricus dictus Swarte Vulf et Johannes dictus Lutzowe, armigeri, cupimus esse notum et tenore presentium publice recognoscimus, quod nos in presentia honorabilis viri domini Johannis prepositi necnon Alburgis priorisse et nonnullarum aliarum conventualium monasterii sanctimonialium in Reynebeke ac Brunonis magistri curie in Stenbeke personaliter constituti, donationem dicto monasterio et conventui ipsius ad usum celerarie per eundem Brunonem post obitum suum factam[2] de bonis, que sibi rite et rationabiliter vendidimus et super hoc literas nostras dedimus, videlicet de uno manso sito in villa Scipbeke, quem nunc incolunt Make Crögher et Mechtildis ejus soror, cum quinque frustis terre arabilis dictis overlant ibidem sitis,

[1] Eine andere Urkunde des Johannes Lutzow von demselben Jahr findet sich im Original im Kanzelei-Archiv: Johannes Lutzow armiger, mit Zustimmung der Ghislen uxoris Heynonis de Hamme armigeri in remotis agentis, verkauft dem Bruno magister curie in Stenbeke 1 mansus in villa Schipsbeke, den nun bebauen Make Crogher tabernarius und s. Schwester Mechtildis tabernaria, und einiges Ackerland bei Schipbeke, genannt Overlant, das jährlich 6 heptones sil. zahlt und das nun bebaut Bertoldus custos eccl. in Stenbeke, wie es jene Frau und er causa donationis propter nuptias uxoris mee Tybben filie ejusdem domine besessen, für 10 Mark Hamb., und verspricht den Besitz zu schützen. Hinricus Swartewulf ist compromissor dafür. Datum et actum Stenbeke, a. D. 1360, in festo purificat. b. Marie. — Spuren zweier Siegel.

[2] Die Urkunde hierüber findet sich ebenfalls im Kanzelei-Archiv.

que nunc colit Bertoldus custos ecclesie in Stenbeke, et de prato sito in Billenwerdere quasi ex opposito rivi dicti Ladenbeke, quod olim Bachtenbruke pertinuerat, gratam et ratam habentes, prefata bona cum omnibus suis pertinentiis, non mutato pede, ore et manu, dictis preposito, priorisse et conventui, meliori modo, quo potuimus, liberaliter dimisimus et resignavimus ad manus dicti Brunonis, et econverso ipsi Brunoni ad manus dicti monasterii seu conventus, et nichilominus in hiis scriptis eisdem hinc et inde dimittimus et resignamus, salvo tamen eo, quod habemus gratiam infra triennium reemendi bona supra dicta. In cujus rei testimonium sigilla nostra literis presentibus sunt appensa. Datum et actum in Reynebeke, anno Domini 1360, in crastino beati Blasii.

CCCXCIV.

Das Hamburger Domcapitel giebt dem Grafen Adolf und dem Hartwig Heest das Recht des Wiederkaufs auf 6 Mark Renten, die es von dem letztern in Klein-Rahlstedt erkauft hat. 1360. April 30.

Original im Geheimen Archiv.

Nos Wernerus Dei gratia prepositus, Johannes decanus et capitulum Hamburgensis ecclesie presentibus protestamur, quod damus et concedimus liberam potestatem illustri principi domino Adolfo comiti Holtzacie et Stormarie ac Hartwico Heest strenuo militi et eorum veris heredibus, reemendi quolibet anno infra festum beati Nicolai episcopi et octavas epyphanie Domini sex marcarum redditus, quos pro septuaginta et quinque marcis denariorum Hamburgensium ab eodem domino Hartwico in villa Lutteken Radelvestede, ad usum vicarie perpetue, quam in dicta ecclesia strennuus miles Johannes Hummersbutle et Hartwicus ejus frater armiger dotaverunt et fundaverunt, emimus pro eadem pecunie summa, nobis in civitate Hamburgensi in promptis argenteis denariis Hamburgensibus expedite et integraliter persolvenda. In cujus rei testimonium sigillum nostrum ad causas presentibus est appensum. Datum Hamborch, anno Domini 1360, in vigilia beatorum Philippi et Jacobi apostolorum.

Siegel fehlt. Auf dem Rücken: Domini habent reemptionem in villa Radelevestede.

CCCXCV.

Der Ritter Hartwig Heest verspricht Graf Adolf und seinen Räthen Wiedereinlösung von Renten in Neu-Rahlstedt binnen vier Jahren. 1360. Mai 6.

Original im Geheimen Archiv.

Witlek unde openbare sy al den ghenuen, de dessen bref anseen edder horen lesen, dat ik her Hartwich Heest eyn ridder unde, Johan Stake, Marquart vamme Haghen, knapen, loven unde hebben ghelovet eyntruen met eyner zameden hant unsen holden heren greven Alleve van Holsten unde van Stormeren unde syme rade, her Breyden van Rantzow unde Otto van Kuren, dat ik her Hartwich vorbenumet scal losen ses march gheldes, dy ik vorsat hebbe in deme dorpe dat ys gheheyten Nyen Radelvestede, binnen vier jaren. Dat dyt war unde vast zy, tu der betuginhe hebbe wi vorscrevene unse ynghesegele [1] gheheinget vor dessen bref. Datum Hamborch, anno Domini 1360, ipso die Johannis ante portam Latinam.

Die Siegel fehlen. Auf dem Rücken: De bonis reemendis in Radelfstede.

CCCXCVI.

Heinrich und Marquard von Buchwald versprechen mehrere dem Lübecker Rathmann Dethard Sachtelevent verpfändete Güter binnen 6 Jahren wieder einzulösen und unter die Lehnshoheit des Grafen Adolf (VII.) zurückzuführen. 1361. Februar. 28.

Original im Geheimen Archiv.

Nos Hinricus miles, Marquardus famulus, ambo dicti de Bokwolde, recognoscimus presencium tenore, protestantes manifeste, nos aut nostros heredes omnia et singula bona infra scripta, videlicet in villa Bundestorpe decem marcarum redditus, integram villam Ponstorpe, cum omnibus suis pertinentibus et pertinenciis, terciam partem Syrekestorpe, totam villam Snytroot cum omnibus suis redditibus et proventibus, excepta curia, integram villam Ghorkowe suis cum omnibus redditibus, proventibus seu emolumentis, per nos domino Dethardo Sachtelevent consuli Lubicensi, cum consensu domini nostri comitis

[1] ynghesele die Abschrift (vorher: wast)

Adolphi, pro quadam pecunie summa inpingnerata, infra spacium sex annorum a dato presencium inmediate sequencium redimere velle et debere et in predicti domini nostri comitis Adolphi jus feodale seu vasallatum integraliter reportare. Et nos Hinricus miles, Marquardus famulus, fratres predicti, et nostri heredes, una cum nostris compromissoribus infra scriptis, et nos Syfridus Parkentin, Lambertus Bokwolde senior morans in Roberstorpe, Lambertus Bokwolde junior morans in Widdole, una cum nostris capitaneis prescriptis, et ipsi nobiscum, conjuncta manu in solidum et data fide, promittimus in hiis scriptis domino nostro Adolpho comiti predicto et suis heredibus, et ad manus eorundem domino Syfrido de Plona, domino Nicolao Kulen, domino Johanni de Siggem, militibus, Ottoni de Kurne et Olavo Tynappel, famulis, ceterisque omnibus et singulis consiliariis domini nostri prescripti, inviolabiliter observare. In cujus rei testimonium sigilla nostra una cum sigillis nostrorum compromissorum prescriptorum, ex nostra certa sciencia, presentibus sunt appensa. Datum Nyestad, anno Domini 1361, ipso die dominico quo cantatur Oculi mei semper.

Das zweite Siegel fehlt; die andern hängen an. Auf dem Rücken: Super villis Bundestorp et Ponstorpe, Syrekestorpe.

CCCXCVII.

Graf Adolf (VII.) ertheilt Wilkin Horborch und Marquard Hamme einen Lehnbrief auf 5 Mark Renten aus dem Zoll zu Hamburg. 1361. October 6.

Original im Geheimen Archiv.

Universis et singulis presentia visuris seu audituris Adolphus Dei gratia Holstzacie et Stormarie comes salutem in Domino sempiternam. Recognoscimus tenore presentium publice protestando, quod quinque marcarum redditus in nostro theolonio Hamburgensi ad patrem nostrum felicis recordationis et ad nos per mortem Hartwici de Domo, quondam civis Hamburgensis, jure hereditario rite et rationabiliter devolutos, ad instantias honorabilis viri et nostri fidelis et dilecti prothonotarii Alberti Landyseren, viris discretis Wilkino Horborch et Marquardo Hamma, qui se asserunt esse veros et legitimos heredes prescripti Hartwici de domo pie memorie, ore et manu cum debita inpheodationis solempnitate contulimus et conferimus in hiis scriptis, promittentes pro nobis et nostris heredibus, perpetuis temporibus irrevocabiliter arbitrando, quod nos aut

nostri beredes seu successores prefatos redditus tytulo pheodali in perpetuum conferre debebimus et debemus omnibus et singulis heredibus dictorum Wilkini Horeborch et Marquardi Hamma masculis et feminis, ad quos per hereditariam successionem, vendicionem, donationem, seu quamlibet aliam dispensationem, in toto vel in parte fuerint devoluti; hoc adjecto, quod possessores eorundem reddituum ab armorum serviciis omnibusque aliis oneribus, qualicunque nomine senciantur, que de bonis pheodalibus requiruntur, perpetuis temporibus permanebunt supportati. In cujus rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum anno Domini 1361, in octava Michaelis archangeli.

CCCXCVIII.

Claus und Hartwig von Bülow u. s. w. verkaufen dem Capitel zu Ratzeburg ihre Dörfer Slabrügge und Restorf für Goldensee und 1300 Mark. 1362. Juli 10.

Original im Ratzeburger Dom-Archiv zu Strelitz.

Wy Clawes unde Hartwich Hennekens kindere van Bulowe unde ik Clawes van Bulowe eres vader brůder, de dar wonet thů der Wedwendorpe, myd volbord myner kindere, und wy Henneke und Detlof Godekens kindere van Bůlowe, wy bekennen und bethoghen in disser jeghenwardighen scrift, datwy hebben vorkoft reddeliken und rechtliken den eraftighen und den ghestliken luden, hern Hinrike van Wittorpe den proveste und hern Johanne den priore und deme gansen capittele der kerken tho Razeborch und eren nakomelinghen use dorpe Slabrugghe und Restorpe, dede ligghen in deme kerspele tho Slawekestorpe, gans und altemale, und hebben dar nicht ane beholen us edder usen erfnamen, und schollen und wyllen se waren und entweren vor alle de ghene, dede vor recht komen wyllen, de dor op spreken edder saken willen, und sunderghen vor usen vader Henneken van Bulowe, de nicht bi synne is, und vor usen broder Johanse, de nicht thů lande en ys; weret dat van desser twyer weghene jenigher legghe ansprake edder schade qweme desses vorsprokenen ghodes, dar wille wy und schullen se van alleme schaden afnemen, dar na, wen se us dat kundighet, bynnen eneme verdendel jares. Vor dyt vorsprokene ghud hebben se us bereth und gheven drutteynhundert mark und dat dorp thu Goldenzee, also si yth hadden. Al desse vorsprokene stucke gans und stede und ůnbrekeliken thů holdene ane arghelyst. Dyt lowe wi in trowen myd samender hant myd usen medeloveren, ik Clawes und Hartwich van Bulowe brůdere, und Clawes van Bulowe van der Wedewendorpe,

und Henneke und Clawes myne kyndere, und Henneke und Detlof van Bulowe Godekens kyndere, und her Nicolaus van der Lüen ridder, und Dancwart van Bulowe, und Hinrik van Bulowe de dar wonet thu Pluschowe. Dyt lowe wy und hebben ghelowet und loven in dessen breve dem proveste und dem priore und dem gansen capittele thu Razeborgh, und tho erer hant des godehuses mannen, hern Detleve Parkentyn und hern Hartwich van Crumesse, ridderen, und Hartwighe van Ritzerowe dem elderen und Henneken Crumesse, al desse vorsprokene stucke vastliken thu holdene. Tho ener groteren betughinge so hebbe wy unse ingheseghele henghet laten vor dessen jeghenwardighen bref, de ghegheven und screven ys na Godes borth in deme drutteynhundersten jare und in deme twe und sostighesten jare, des sundages vor[1] sunte Margreten daghe der hylgen juncvrowen.

10 Siegel.

CCCXCIX.

Nicolaus und Hartwig von Bülow lassen vor dem Herzog Erich (II.) von Sachsen-Lauenburg dem Capitel zu Ratzeburg Slobrügge und Restorf auf. 1362. Juli 10.

Aus einem Copiarius des Ratzeburger Dom-Archivs.[2]

Universis presentia visuris seu audituris, ad quos presentes literе pervenerint, Nicolaus et Hartwicus fratres dicti de Bulow armigeri in Christo gaudium et salutem. Tenore presencium recognoscimus lucidius et testamur, quod mature deliberati, cum consilio, conscitu et consensu heredum, amicorum et proximorum nostrorum, et specialiter cum consensu honesti viri Nicolai de Bulowe senioris famuli patrui nostri dilecti, rite, rationabiliter ac legitime vendidimus et dimisimus ac una cum patruo nostro tenente nobiscum in feudum villas infracriptas coram inclito principe domino Erico duce Saxonie, Westfalie et Angarie cum ea qua decuit solempnitate resignavimus et resignamus, literas per presentes, commendabilibus et religiosis viris dominis Hinrico de Wittorpe preposito, Johanni priori totique capitulo ecclesie Razeburgensis, pro villa Goltenze cum stagno et suis attinentiis, prout in suis terminis et distinctionibus comprehensa est et ut eisdem dominis pertinebat, per eosdem dominos prepositum, priorem et capitulum coram

[1] in die Abschrift.

[2] Das Original mit 7 Siegeln versehen, ist auch noch im Ratzeburger Dom-Archiv erhalten.

eodem principe domino nostro duce resignata nobis, et pro mille et trecentis marcis Lubicensium denariorum nobis in numerata pecunia integraliter persolutis et in nostros necessarios usus conversis, duas villas nostras Slabrugghe et Restorpe dictas in parochia Slawekestorpe situatas, cum omnibus et singulis ipsarum villarum mansis et pertinenciis, cum omnibus libertatibus, utilitatibus et commoditatibus, cum decimis majoribus et minutis, censibus, precariis, cum inscisione porcorum, cum agris cultis et incultis, pratis, pascuis, lignis, silvis, nemoribus, rubetis, paludibus, cespitibus, cum viis et inviis, exitibus et regressibus, cum stagno ville Slabrughe adjacente et ejus piscatura majore et minore et aliis aquis et earum fluctibus et instagnationibus, et singulis earum fructibus et utilitatibus, cum pleno jure majore et minore, videlicet colli et manus et inferiorum judiciorum, prout hee ville in suis terminis et distinctionibus sunt comprehense, et ut nobis hactenus liberius pertinuisse dinoscuntur, per eosdem dominos prepositum, priorem et capitulum et eorum quoslibet successores perpetuis temporibus libere et pacifice possidendas. Promisimus insuper eisdem dominis una cum subscriptis nostris amicis plenam warandiam dictarum villarum et omnium suarum distinctionum et pertinentiarum perpetuis temporibus duraturam; volentes et debentes eisdem dominis dictas villas cum omnibus attinenciis suis ab omnibus hominibus super ipsis loqui volentibus, cujuscunque status aut conditionis fuerint, sub nostris periculis, laboribus et expensis plenarie et perfecte disbrigare pre omnibus juri stare volentibus; renuntiantes pro nobis et nostris heredibus nunc exstantibus et futuris omnibus juribus, proprietatibus, libertatibus, utilitatibus et commoditatibus, que nobis in premissis quocunque modo conpetebant vel in futuro competere possent, necnon omni actioni, exceptioni, defensioni et rei restitutioni in integrum, deceptioni ultra dimidium justi precii, literis, privilegiis a sede apostolica vel aliunde in forma juris vel gracie impetratis et inpetrandis, et generaliter omni juris auxilio canonici et civilis, quibus prescriptum factum nostrum in toto vel in parte in judicio vel extra violari possit vel quomodolibet inpugnari, et specialiter renunciamus juri dicenti generales renuntiationes non valere. Et ego Nicolaus de Bulowe senior supradictus recognosco lucide et expresse literas per presentes, me cum bona et matura deliberatione et cum bona voluntate coram memorato principe domino Erico duce Saxonie, domino meo dilecto, ad manus predictorum dominorum prepositi, prioris et capituli predictas duas villas cum omnibus earum attinentiis, prout ipsas in feodum tenui et habui, plenarie resignasse et omnibus que michi et meis heredibus in premissis competebant perfecte renunciasse. Pro hiis omnibus et singulis inviolabiliter observandis nos Hartwicus et Nicolaus fratres de Bulowe dicti, Nicolaus de Bulowe senior memoratus, Johannes et Nicolaus de Bulow fratres, filii ejusdem Nicolai senioris, necnon Johannes et Detlewus de Bulowe filii quondam Gotfridi de Bulowe premortui, et in signum

nostri communis consilii, consensus et beneplaciti et pleniorem evidentiam omnium premissorum sigilla nostra presentibus duximus appendenda. In presencia testium domini Detlevi de Parkentin militis, Hartwici de Ritzerowe senioris, Johannis de Crumesse, Emekini de Parkentin necnon Heynekini Hulsingh et aliorum plurimorum fide dignorum, qui ad premissa vocati fuerint specialiter et rogati. Datum et actum Razeborch, anno Domini millesimo trecentesimo sexagesimo secundo, decima die mensis Julii, videlicet ipso die septem fratrum martirum.

CCCC.

Herzog Erich (II.) von Sachsen-Lauenburg bestätigt dem Capitel zu Ratzeburg den Erwerb von Slabrügge und Resdorf und fügt verschiedene Rechte und Besitzungen hinzu. 1362. Juli 10.

Original im Ratzeburger Dom-Archiv zu Strelitz.

In nomine sancte et individue Trinitatis amen. Ericus Dei gracia dux Saxonie, Angarie et Westfalie, universis Christi fidelibus presencia visuris seu audituris perpetuam salutem et rerum gestarum cognoscere veritatem. Ne ea que fiunt in tempore simul cum lapsu temporis evanescant, solent scripturarum et testium memorie commendari. Quare notum esse volumus universis tam presentibus quam futuris, quod in nostra et testium subscriptorum presencia constituti fideles nostri vasalles Nicolaus et Hartwicus dicti de Bülowe armigeri nobis dilecti, mature deliberati, cum consilio, conscitu et consensu heredum et proximorum suorum, et specialiter cum consensu et voluntate validi famuli Nicolai de Bülowe senioris patrui eorum, rite, rationabiliter ac legitime vendiderunt et dimiserunt, ac una cum predicto patruo eorum, qui cum ipsis subscriptas villas a nobis in feodum conjuncta manu tenuit, ea qua decuit solempnitate resignaverunt commendabilibus et religiosis viris, dominis Hinrico de Wittorpe preposito, Johanni priori totique capitulo ecclesie Razeburgensis et eorum successoribus, pro villa Goldenze cum stagno et aliis suis attinenciis, prout in suis terminis et distinctionibus comprehensa est, quam iidem prepositus, prior et capitulum eisdem fratribus spontanee resignaverunt, quam eciam villam nos eisdem fratribus vasallis nostris in feodum contulimus, prout eisdem dominis preposito, priori et capitulo liberius pertinebat, necnon pro mille et trecentis marcis Lubicensium denariorum ipsis fratribus ut fatebantur integraliter persolutis et in ipsorum necessarios usus conversis, duas villas suas Slabrugghe et

Restorpe dictas in parochia Slawekestorpe situatas, cum omnibus et singulis ipsarum villarum mansis et pertinenciis, cum omnibus libertatibus, utilitatibus et commoditatibus, cum censibus, decimis et precariis majoribus et minutis, cum inscisione porcorum, cum agris cultis et incultis, pratis, pascuis, lignis, silvis, nemoribus, rubetis, paludibus, cespitibus, cum viis et inviis, exitibus et regressibus, cum stagno ville Slabrugghe adjacente et ejus piscatura majore et minore et aliis aquis et earum fluctibus et instagnationibus, et singulis earum fructibus et utilitatibus, cum pleno jure majore et minore, videlicet colli et manus et inferiorum judiciorum, prout hee ville in suis terminis et distinctionibus sunt comprehense et ut eisdem fratribus hactenus liberius pertinuisse dinoscuntur, per predictos dominos prepositum, priorem et capitulum et eorum quoslibet successores perpetuis temporibus pacifice possidendas; promiserunt insuper dicti fratres una cum amicis eorum dictis dominis plenam warandiam dictarum villarum et omnium suarum distinctionum et pertinenciarum perpetuis temporibus duraturam, voluntque et debebunt eisdem dominis dictas villas cum omnibus attinentiis suis ab omnibus hominibus super ipsis loqui volentibus, cujuscunque status aut conditionis fuerint, sub suis periculis laboribus et expensis plenarie et perfecte disbrigare; renunciaruntque pro se et suis heredibus nunc extantibus et futuris omnibus juribus, proprietatibus, libertatibus, utilitatibus et commoditatibus, que ipsis in premissis quocunque modo competebant vel in futuro competere possent, necnon omnibus exceptionibus, defensionibus et singulis adjuvantibus sermonibus, quibus premissa vel premissorum aliquot inpugnari posset vel infringi. Nos quoque Ericus Dei gracia dux Saxonie supradictus predictum venditionis et emptionis contractum tenore presencium literarum auctorizamus, ratificamus et approbamus, habita super hoc matura deliberacione, et communicato ad hoc consilio fidelium nostrorum consiliariorum et vasallorum, de quorum eciam consilio, consensu pariter et assensu, videntes in illo ducatu et dominio nostro, ex quo bona et utilis fit recompensatio, nullum detrimentum, sed magis commodum et profectum, vendidimus rite et rationabiliter, et dimisimus et dimittimus literas per presentes supradictis dominis Hinrico de Wittorpe preposito, Johanni priori totique capitulo dicte ecclesie Raceburgensis, pro se suisque successoribus, ementibus et recipientibus pro dominio et proprietate predicte ville Goldenze et suarum attinentiarum et pro septem et dimidio manso ville Drughevorwerk dicto adjacentibus, quos ipsi domini prepositus, prior et capitulum cum censibus, pachtis, decimis et singulis juribus, libertatibus et utilitatibus, prout ipsis liberius pertinebant, nobis spontanee resignaverunt, necnon pro centum et quinquaginta marcis Lubicensibus denariorum nobis per ipsos in numerata pecunia integraliter persolutis et in nostros necessarios et utiles usus conversis, omnem proprietatem ac directum dominium, judicium supremum et infimum, jurisdictionem et omnimodam libertatem, omnem precariam et exactionem, quocunque nomine

censeatur, et porcorum inscisionem, omnem commoditatem et utilitatem, ac quid juris in predictis villis Slabrugghe et Restorpe et stagno adjacente et eorum attinentiis ac in homines et circa homines et colonos ipsarum villarum pro nunc et perpetuis temporibus, videlicet presentibus et futuris, ibidem commorantibus, necnon in omnibus et singulis articulis et conditionibus per nos superius approbatis nobis ac heredibus nostris competit, per successionem vel devolutionem, causam seu occasionem, vel alio quovis modo competere posset in futurum; exceptis borghwerk, brugghewerk et landwere, ad que opera villani dictarum villarum, qui nunc ad ea tenentur, ulterius tenebuntur, non tamen per nos seu per nostros advocatos seu officiales seu quemquam alium de nostris, sed per prepositum Razeburgensem, qui pro tempore fuerit, vel ejus officialem puniri, si in hoc desides fuerint et rebelles. Homines eciam sive villani dictarum villarum presentes et futuri ad commune terre placitum, quod lantdingh dicitur, venire non tenentur nec cogantur inviti. Item homines, qui ad fossata facienda et ad aggeres comportandas sunt adstricti, extra territorium Razeburgense hec facere non cogantur. Item homines predictarum villarum ad communis terre vel alicujus specialis loci defensionem absque aliis hominibus communis terre non evocentur. Donamus insuper de mera liberalitate nostra pro nobis et nostris heredibus et successoribus, pro remedio anime nostre et progenitorum nostrorum, ea donatione, que inter vivos dicitur, de consilio et consensu heredum et consiliariorum nostrorum, dictis emptoribus et successoribus eorum ac ecclesie Razeburgensi, quidquid dicta proprietas ac dictum dominium necnon alia superius enarrata plus valent aut in futuro plus valebunt, ville, decimis, mansis et precio supradicto, nichil omnino dominii, proprietatis, juris, libertatis et utilitatis preter id quod premissum est nobis aut nostris heredibus seu successoribus in premissis aut premissorum aliquo reservantes; renunciantes pro nobis et nostris heredibus et successoribus omni juris auxilio canonici et civilis et omnibus exceptionibus et defensionibus, quibus premissa vel premissorum aliquod inbrigari, infirmari poterit vel infringi, promittentes bona fide, nos ullo tempore ulla occasione nolentes (?) premissis contravenire vel contravenientibus prestare consilium, auxilium vel favorem. Annuimus insuper et concedimus ex gracia speciali, quod predicti domini prepositus, prior et capitulum per suos operarios possunt licite rivulum qui Wytekbeke dicitur fossaturis profundare et aliis fossatis munire et terminos sive distinctiones dictarum villarum cum fossatis et aggeribus et aliis aminiculis fortificare, viam sive stratam, que nunc trans Wytekbeke vadit, destruere et aliam viam, si decreverint, instituere pro ipsorum beneplacito et voluntate. Ut autem hec omnia et singula robur optineant perpetue firmitatis et a nullo hominum infringari valeant seu infringi, presentem paginam jussimus majoris nostri sigilli munimine roborari, in presencia testium domini Detlevi de Parkentyn, Mauricii de Hardenberghe, Vitzkoni Marschalk et Wasmodi Schacken, militum,

necnon Hartwici Sabel, Hartwici de Ritzerowe senioris, Volradi de Tzule, Godscalci Scharpenbergh, Volradi de Kütle advocati in Razeborgh et Ottonis Wackerbart, armigerorum, et aliorum plurimorum fide dignorum. Datum et actum Razeborgh, anno Domini 1362, decima die mensis Julii, videlicet ipso die septem fratrum martyrum.

Das Siegel des Herzogs Erich hängt an. — Eine zweite Ausfertigung stimmt wörtlich mit dieser überein, nur fehlen die Worte plurimorum *und* videlicet — martyrum.

CCCCI.

Das Capitel zu Ratzeburg verkauft und läßt vor Herzog Erich (II.) von Sachsen-Lauenburg dem Nicolaus und Hartwich von Bülow das Dorf Goldensee auf. 1362. Juli 15.

Aus einem Copiarius des Ratzeburger Dom-Archivs.

In nomine sancte et individue Trinitatis amen. Hinricus de Wittorpe Dei gracia prepositus, Johannes prior totumque capitulum ecclesie Razeburgensis, universis Christi fidelibus presencia visuris seu audituris in omnium Salvatore salutem. Tenore presencium recognoscimus et testamur, quod vocatis ad hoc vocandis omnibus et singulis qui debuerunt et poterunt interesse, communicato ad hoc consilio venerabilis in Christo patris et domini nostri domini Wyperti episcopi ecclesie Razeburgensis et aliorum juris peritorum amicorum ecclesie Razeburgensis, considerantes in hoc modum et utilitatem nostram et successorum nostrorum et ecclesie nostre, cum consilio, conscitu et consensu supradicti domini nostri episcopi ecclesie Razeburgensis, rite et rationabiliter vendidimus ac nomine permutationis dimisimus necnon coram inclito principe domino Erico duce Saxonie cum ea qua decuit reverencia resignavimus et resignamus literas per presentes, pro villis Slabrugghe et Restorpe cum omnibus suis attinenciis nobis assignatis et appropriatis, validis et virtuosis viris Nicolao et Hartwico fratribus de Bulowe dictis et eorum heredibus et successoribus villam nostram Goldenzee dictam, cum stagno et piscatura majore et minore et cum summa piscatione sagene totius stagni, prout in omnibus suis terminis jacet, prout nobis liberius pertinebat, necnon aliis aquis et earum cursibus et instagnacionibus et singulis earum fructibus et utilitatibus, cum ceteris majoribus et minutis censibus, precariis, cum inscisione porcorum, cum agris cultis et incultis, pratis, pascuis, lignis, silvis, nemoribus,

rubetis, paludibus, cespitibus, cum viis et inviis, exitibus et regressibus, cum pleno jure majore et minore, videlicet colli et manus, et cum omnibus suis attinenciis, prout in suis terminis et distinctionibus est comprehensa, et ut nobis hactenus liberius pertinuisse dinoscitur, per eosdem fratres Nicolaum et Hartwicum et eorum heredes perpetuis temporibus libere et pacifice possidendam. Promisimus insuper eisdem fratribus et eorum heredibus plenam warandiam dicte ville et omnium suarum distinctionum et pertinentiarum perpetuis temporibus duraturam, volentes et debentes eisdem dictam villam cum omnibus attinenciis suis ab omnibus hominibus super ipsa loqui volentibus, cujuscunque status aut condicionis fuerint, sub nostris periculis, laboribus et expensis plenarie et perfecte disbrigare pro omnibus juri stare volentibus; renunciantes pro nobis et successoribus nostris omnibus juribus, proprietatibus, libertatibus, utilitatibus et commoditatibus, que nobis in premissis quocunque modo competebant vel in futuro competere possent, necnon omni actioni, exceptioni, defensioni et rei restitucioni in integrum, deceptioni ultra dimidium justi pretii, literis, privilegiis a sede apostolica vel aliunde in forma juris vel gracie impetratis et impetrandis, et generaliter omni juris auxilio canonici et civilis, quibus prescriptum factum nostrum in toto vel in parte, in judicio vel extra, violari possit vel quomodolibet impugnari; et specialiter renunciantes juri dicenti generales renunciationes non valere. Pro hiis omnibus et singulis inviolabiliter observandis et in evidenciam pleniorem sigilla nostra, videlicet prepositi et capituli, presentibus sunt appensa. Et nos Wypertus Dei et apostolice sedis gracia episcopus ecclesie Razeburghensis, considerantes supradictum contractum emptionis, vendicionis et permutationis supra dicto capitulo et ecclesie nostre per omnia utilem et commodosum, ipsum cum omnibus suis articulis approbamus, ratificamus et confirmamus literas per presentes, et in evidens testimonium sigillum nostrum jussimus appendendum. Datum et actum Razeborgh, anno Domini 1362, in festo divisionis apostolorum. Hujus rei testes sunt dominus Detlevus de Parkentyn miles, Hartwicus de Ritzerowe senior, Johannes de Crumesse, necnon Emekinus de Parkentyn, armigeri, et quam plures alii fidi digni.

CCCCII.

Das Kloster Cismar verschreibt dem Capitel zu Eutin eine Rente von 20 Mark auf das Dorf Varensdorp. 1363. März 8.

Abschrift im Geheimen Archiv.

Omnibus quorum interest vel interesse poterit in futurum, nos Johannes Dei gratia abbas, Ludolfus prior, totusque conventus monasterii in Cysmer ordinis sancti Benedicti Lubicensis diocesis, notum esse cupimus et presentibus protestamur, quod redditus 20 marcarum denariorum Lubecensium, quos capitulo et canonicis Uthinensibus ejusdem diocesis hactenus de communibus bonis nostris singulis annis persolvimus, illos ab hoc tempore et deinceps in tota villa nostra Varenstorpe ab ipsis participandos assignamus, exceptis 6 marcarum reditibus, quos quidam vicarius in ecclesia Lubicensi Sanicowe nomine [1] a quibusdam colonis ibidem, videlicet Ottone Jordani et suo collega, recipiat annuatim, et si in perceptione reddituum in dicta villa ad nos spectantium dicti canonici Utinenses aliquem defectum in suis viginti marcis habuerint in parte vel in toto, illum nos ipsis de redditibus nostris promptioribus supplebimus integraliter, infra mensem proxime subsequentem. Quicquid autem ultra viginti marcas residuum fuerit, ad nostrum monasterium cum judicio et servitio totius ville pertinebit. Insuper predictam pecuniam, videlicet 20 marcas, ipsis canonicis Uthinensibus, si necesse fuerit, per nostros officiales a colonis predicte ville per pignora extorquebimus irrequisiti; et predicta villa nulli alii obligabitur aut vendetur per nos aut successores nostros in parte vel in toto absque canonicorum et capituli Uthinensis antedictorum speciali conniventia et consensu. Datum Cysmar, anno Domini 1363, feria tertia post dominicam qua cantatur Oculi, nostris sub sigillis.

[1] nove die Abschrift.

CCCCIII.

Herzog Erich (II.) von Sachsen-Lauenburg überträgt an Otto und Heine Schack sein Recht an mehreren Besitzungen. 1363. December 6.

Original im Ratzeburger Dom-Archiv zu Strelitz.

Wy Erick van Godes gnaden hertoghe to Sassen, Enghern un to Westfale, und use erven bekennet und betughet in dessem breve, dat wy heben gelent und laten Otten und Heyne gheheten Scacken und eren erven, wat wi hadden in dem gûde, dar Heyne und Henneke Rasche und Henneke van dem Henne oppe sitten, und dat gûd, dat vorder licht, dar Koncke Recke uppe seten hedde, mit alleme rechte. Eddaghe (?) und lantwere scolen se soken, darit en im lande to bort. Van dissem gûde scolen se us alsodanich denst don, als se us plichtig sin van erem anderen gude, dat se in user herschop van us to lene hebben. To tughe desser dingh so hebbe wy use inghesegel ghehenght an dessen bref, de is ghescreven und gheven na Godes bort druteyn hundert jar in dem dre und sostigesten jare, in sante Nicolaus daghe des hilgen bischoppes.

An der Urkunde hängt am Pergamentbande ein kleines rundes Siegel mit der Umschrift S. ERICI DUCIS SAXONIE, worauf der sächsische Wappenschild gelehnt, und auf dem linken Obereck ein Stechhelm mit seinen Decken, auf welchem zwichen zwei Büffelshörnern der Rautenkranz.

CCCCIV.

Volrad und Johann von Aschberg beurkunden die Beilegung eines Streits mit dem Kloster Reinfeld über das Dorf Stocksee durch die Grafen Nicolaus und Adolf (VII.). 1364. Juni 19.

Aus den Gebhardischen Manuscripten in Hannover. [1]

Universis Christi fidelibus, ad quos presentes litere pervenerint, nos Volradus et Johannes fratres de Asscheberghe tenore presentium recognoscimus, quod impetitionem, quam fecimus super dimidietatem vel aliqua parte Stocsee, nobiles domini et domini nostri Nicolaus et Adolphus Holtzacie et Stormarie comites, una cum eorum consiliariis et vasallis, in hunc modum sedaverunt [2] et placitaverunt: quod religiosi viri domini abbas

[1] Vol. IV, p. 372, nach dem Original in Kopenhagen. [2] cedaverunt die Abschrift.

et conventus in Reynevelde ipsam totam villam Stocsee cum omnibus suis clausulis et adjacentiis debent quiete et pacifice possidere in perpetuum, prout in privilegiis eorum plenius est expressum; qui abbas et conventus ipsis antedictis comitibus villanos ejusdem ville ad molendum et serviendum de gratia et non jure commiserunt, et ipsi antedicti comites eosdem villanos ad molendum in Dersow vel Vinkesmolen et servire nobis quater in anno, videlicet duos dies ad arandum et duos dies ad metendum, in curiis nostris Asscheberghe et Vinkesmolen, de eadem gratia et nullo jure commiserunt et concesserunt; propter quod villanos prescripte ville defensabimus meliori modo quo valemus; hac tamen adjecta conditione, quod, si sepedictos villanos ampliori servicio gravaremus vel ipsis aliquam violentiam notabilem inferremus, quod absit, nisi post mensem, postquam ab ipsis comitibus vel altero ipsorum moniti et requisiti fuerimus, satisfecimus, predicti villani de Stocsee in molendo [1] et serviendo nobis vel nobiscum nullatenus constringentur [2]. Dictum tamen servitium nobis dicti coloni non alibi quam in curiis nostris Asscheberghe et Vinkesmolen ad tempus vite nostre solummodo, quousque non deliquerimus ut premittitur, prestabunt [3] in effectu, gratia et non jure, cum nec juris [4] nec precepti (?) sive proprii in predicta villa Stocsee recognoscamus nos habere. In quorum evidens testimonium presens scriptum sigillorum nostrorum munimine duximus roborandum. Actum et datum in Plone, presentibus nobilibus dominis et dominis nostris generosis, Nicolao et Adolpho Holtzacie et Stormarie comitibus, strenuisque et validis viris, videlicet Godscalco Wiltbergh, Woldemaro Breyden de Rantzowe, Nicolao Crummedik dicto Meseke, Johanne de Sigghem, militibus, Gherardo Hoken, Hartwico Clenowen, Bertram Kulen, famulis, et quam plurimis aliis militibus et vasallis fide dignis ad premissa specialiter vocatis et rogatis; anno Domini 1364, feria quarta ante festum nativitatis beati Johannis baptiste.

Siegel am Original.

[1] molendino die Abschrift. [2] constringetur die Abschrift. [3] prestabiit die Abschrift. [4] jure die Abschrift.

CCCCV.

Erich Rind überträgt seinem Bruder Waldemar Zappyi verschiedene Besitzungen. 1364. November 17.

Original im Geheimen Archiv.

Omnibus presens scriptum cernentibus Ericus Rijnd in Domino salutem sempiternam. Noverint universi, quod viro discreto, fratri meo dilecto, domino Waldemaro Zappyi militi bona mea Ostergarth-Tyasholm, Westergarth-Tyasholm, bona mea in campis Soldorp, Eping, Horsthorp, Rörkijer, ac cetera omnia bona mea in parrochia Horstorp sita, tam minora quam majora, mobilia et immobilia, et omnes partes quas possidebant privigne mee, videlicet Gunner et Elsiif, in eisdem bonis, cum singulis suis pertinenciis, scilicet agris, pratis, pascuis, paludibus, silvis, piscinis, molendinis, aquarum discisionibus ac aliis quibuscunque humidis et siccis, nullis exceptis, resigno, scoto et alieno per presentes, obligans me et heredes meos dicto domino Waldemaro et suis heredibus memorata bona ab impeticione privignarum mearum antedictarum aliorumque heredum meorum ac ceterorum omnium quorumcunque liberare, disbrigare et appropriare. Ulterius presentibus astringo me, si dies mei abbreviabunt, quod heredes mei sepedicto domino Waldemaro vel suis veris heredibus ipsa bona viva voce scotabunt juxta eorum requisicionem et voluntatem. Datum meo sub sigillo, anno Domini 1364, dominica proxima ante beati Clementis pape.

CCCCVI.

Die Grafen Heinrich (II.) und Nicolaus nehmen das Kloster Reinfeld in ihren Schutz. 1367. März 31.

Fidemirte Copie im Kanzelei-Archiv.

In nomine Domini amen. Nos Hinricus et Nicolaus fratres Dei gratia comites Holtzatie et Stormarie, notum facimus per presentes literas nostras universis et singulis Christi fidelibus tam presentibus quam futuris, quod ob salutem animarum nostrarum monasterium abbatemque et conventum Reyneveldensem, cum universis et singulis eorum hominibus, possessionibus, bonis et rebus, juribus atque libertatibus, benigne suscepimus et

per presentes literas nostras recipimus in protectionem, gubernationem. ac defensionem nostram omniumque heredum et successorum nostrorum in perpetuum; confirmantes ipsis omnia ac singula privilegia, omnesque ac singulas literas, ipsis hactenus per quoslibet progenitores nostros et etiam per nostros vasallos et quoscunque alios Christi fideles super quibuscunque villis, possessionibus, bonis, redditibus, proventibus, libertatibus, juribus et judiciis, sub quibuscunque tenoribus verborum data ac concessa, datas et concessas, et specialiter super toto judicio omnium villarum et grangiarum ejusdem monasterii in abbatia ipsius et alias in dominiis ac territoriis nostris ubilibet constitutarum, et super illa libertate, quod in eisdem dominiis et territoriis nostris, ubicunque pro tempore decreverint, per suos officiales et commissarios poterunt ac possunt perpetuis futuris temporibus licite ac libere vendere et emere ligna, lapides, pecora, et quecunque alia bona mobilia, et omnia et singula hujusmodi bona, et etiam quecunque alia bona sua mobilia sine omni theolonio, pedagio, precaria vel exactione, et etiam sine omni nostra et quorumcunque advocatorum, commissariorum, officialium, vasallorum ac subditorum nostrorum prohibitione generali vel speciali, ubicunque pro tempore voluerint, libere etiam ac licite transportare. Et nos nostrique heredes et successores volumus et debemus eosdem abbatem pro tempore et conventum in Reinevelde in premissis libertatibus suis, perpetuis futuris temporibus, fideliter et strenue defendere et conservare. Datum Zegeberge, anno Domini 1367, feria quarta post dominicam Letare, nostris sub sigillis presentibus in testimonium scienter appensis; presentibus ibidem nostris fidelibus, domino Nicolao Mezeken Crummedyke milite, Syfrido Dosenrode nostro dapifero, Wulff Rickstorpenn, Iwano de Reventlo, famulis, et quam pluribus aliis fide dignis, testibus ad premissa specialiter vocatis.

CCCVII.

Luder, Claus und Henneke von Raboizen verkaufen ihrem Oheim Otto von Wensien all ihr Gut zu Elmshorn. 1367. Mai 1. [1]

Original im Geheimen Archiv.

Witlik scal wesen allen ghuden lüden de dessen bref seen eder horen lesen, dat wy Luder, Clawes und Henneke gheheten van der Raboyzen unse ome Otten van der

[1] Vergl. über eine andere Urkunde des C. Raboisen vom J. 1366 über die Güter zu Elmshorn das Verzeichniß Schauenburger Urkunden, Nordalbing. Studien III, p. 281. N. 61.

Wensine unse ganse gud tu Elmeshorne und wat dar tu byhört, also it byleghen is und wy dat hadden, dat unse olderen vore und unse na vrye ervegud was, sunder jengherleye heren manscup eder denstes plicht, redeliken und rechtliken vorcoft hebben, und vor dem kerkhove und vor dem kerspele tu Elmeshorne, mit zele und mit war, und mit allem erveliken rechte, tu rechten eghendome, mit aller rechticheyt, vryheyt und nüttecheyt, uppelaten hebbet und in de liflike were des ghudes wiset und weldighet hebbet, mit hande unde mit munde, und em dartu deden und dan hebben allent des em do nütte und byhuf was tu donde, des gudes und wat dartu bynomet und byscheden was in unsen openen breven de wy darup ghegheven hebben, und aller vorscrevenen stücke und rechticheyt, alse me gud vryest und nütlikest bysitten mach, wy em redeliken tustan und anders nenem manne, eder afskenden, noch breve enghem manne daruppe gheven hadden wente an den dach dat wy dem vorbynomden Otte unsem ome dat vorcoften unde gansliken upleten mid aller erveliken rechticheyt, vryheyt und nütlecheyt eghendomes und were, alse dar vore secht is. Dar wil wy tu don, wes wy van rechtes wegen dartu don scollen. In testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum anno Domini 1367, die beatorum Phylippi et Jacobi apostolorum.

Das Siegel hängt an.

CCCCVIII.

Das Domcapitel zu Lübeck giebt der Gräfin Myriczlava das Recht den See zu Oldenburg für 50 Mark zurückzukaufen. 1368. März 15.

Original im Kanzelei-Archiv.

Universis presentia visuris seu audituris. Nos Johannes prepositus, Johannes decanus totumque capitulum ecclesie Lubicensis tenore presentium recognoscimus publice protestando, quod nobili domine domine Myriczlave Holczatie et Stormarie comitisse seniori indulsimus et presentibus indulgemus, ut stagnum in Oldenborch pro quadraginta marcis denar. Lubicen. reemere seu redimere possit a capitulo nostro, quandocumque ei videbitur expedire. In cujus rei testimonium sigillum nostrum quo utimur ad causas presentibus est appensum. Datum et actum Lubek, anno nativitatis Domini 1368, feria quinta post dominicam Oculi.

Siegel fehlt.

CCCCIX.

Schiedsspruch des Hartwich Crummendiek zwischen Otto Wensien und Burchard Crummendiek in einem Streite über Gut in Elmshorn. 1368. April 23.[1]

Dit is de schedinghe, dar ik Hartwich Busche Crummendick mede schede Otten Wensinen und Borcharde Crummendick, umb de schelinghe, de twischen en beyden was umb dat gud tum Elmeshorne, dar se by my bleven sint, und antwerden my dar up erer beyder openen breve und erer beyder bywisinghe, de se hadden tum dem sulven gude tum Elmeshorne; des kundeghe ik en beyden na bewisinghe erer beyder breve und na anwisinghe guder lude: na dem dat Borchard Crummendick de elderen breve und bywisinghe heft tum dem ghude tum Elmeshorne, he is sines pandes des gudes tum Elmeshorne neger tum holende, wen Otte Wensinen em af tum (?) untwerende. Vortmer hebbe ik my des byvraget an dem rechte, dar dat gud byleghen is: kan Borchard dat holen an den hilghen vor den buren tum Elmeshorne mid twe bederven erfzetenen luden, de scal he tum sik nemen ut dem Vreschen rechte tum Elmeshorne, an welker syden der Owe em dat even comet, edder den enen van ener siden der Owe, und den anderen van der anderen syden der Owe, dat dat vorbynomde gud tum Elmeshorne sin pand bore was, brukelik und uns (?) alle rechte, er Otte Wensinen dat coste, Borchard schal des tum rechte neten, und schal darmede scheden und (?) Otten umb dat ghud. Dit segghe ik vor recht Borchard Crummendick weset (?) des sunnavendes na sunte Walburge daghe de nu erst comet tum Elmeshorne, und wullen tett dat, dat hir vorscreven is. In quorum omnium premissorum testimonium sigillum meum presentibus est appensum. Datum anno Domini 1368, in profesto beati Georgii martiris gloriosi.

[1] Nach dem Original copirt von Herrn Capitain Schröder. Vergl. N. CCCCVII und die daselbst angeführte Urkunde.

CCCCX.

Die Gebrüder Lembeck verpfänden dem Otto Andersen zu Ripen für 80 Mk. den ihnen übertragenen Zoll zu Ripen auf 4 Jahre. 1368. Juli 6.

Original im Geheimen Archiv.

Universis presentes litteras inspecturis Nicolaus de Lembek miles, Hennichinus de Lembek et Wlf de Lembek, armigeri, fratres germani, prescripti Nicolai de Lembek filii, capitanei civitatis et castri Ripensis, salutem in Domino sempiternam. Tenore presentium recognoscimus, nos et heredes nostros teneri et esse veraciter obligatos, simul et in solidum, discreto viro Henrico Andersson civi Ripensi suisque heredibus in octoginta marchis puri argenti, ratione veri mutui nobis per ipsum in prompta pecunia facti. Pro quibus octoginta marchis argenti eidem Henrico et heredibus suis inpigneramus quoddam jus regium in civitate Ripensi, quod theolonium dicitur, conditionibus infrascriptis, videlicet quod idem Henricus Andersson dictum theolonium in quatuor annis continuis nomine nostro levet, per se vel alium loco sui, in recompensam et solutionem dictarum octoginta marcharum argenti, et quod in quolibet istorum quatuor annorum, pretextu perceptorum de dicto theolonio, viginti marche argenti nobis defalcentur de summa memorata. Si etiam annuatim summa percipienda de dicto theolonio se ultra viginti marchas argenti extenderit, sive citra vel minus fuerit, idem Henricus stare debet adventagio suo, ita quod nichil addatur per nos ad solutionem, si minus receperit, neque superexistens, si forte quid fuerit, ab eo per nos aut alios nostro nomine expetatur. Primus vero illorum quatuor annorum jam incipiet proximo festo beati Michaelis. Hoc etiam adjecto, quod si infra quatuor annos pretactos, immo quandocunque ipsi Henrico aut heredibus suis ipsas octoginta marchas argenti solverimus, extunc dictum theolonium statim nobis aut aliis, quibus hoc conjunctim volumus, libere cedat. Obligamus nos insuper ad non resignandum ad manus alicujus dictum castrum Ripense cum civitate, nec ad alienandum illud et illam a nobis quocunque modo, antequam ipsi Henrico aut heredibus suis fuerit prescripta summa argenti plenarie persoluta. Ceterum obligamus nos ad mandandum, cooperandum et faciendum, quod non liceat quibuscunque mercatoribus, de portu juxta villam Renneköping, nec de portu juxta villam Warwith, quam cito dicta villa Warwith redempta redierit ad advocatiam castri Ripensis, navigio deduci quecunque mercimonia, quocunque nomine censeantur, ad quecunque loca, nisi cum dictis mercibus deducendis Ripis venerint, theolonium de ipsis ibidem plenarie soluturi. Et si forte, quod absit, alicui contigerit, quod velit ipsi Henrico aut nuntiis suis super

exactione et perceptione dicti theolonii interim injuriari, injuriam hujusmodi reputabimus nobis factam, et ipsam vindicabimus et avertemus ubicunque poterimus, consimili modo per nos et nostros, acsi dictus Henricus cottidianus noster familiaris existeret, ipsum et suos in omnibus defendendo. In quorum omnium testimonium sigilla nostra presentibus sunt appensa. Datum Ripis, anno Domini 1368, in octava apostolorum Petri et Pauli.

CCCCXI.

Emekin Hak bekennt sich dem Detlef Broyen Bürger zu Lübeck 200 Mark Lübisch schuldig. 1368. September 1.

Original im Lübecker Archiv.

Omnibus ad quos presens scriptum pervenerit ego Emekinus Hake armiger cupio fore notum per presentes publice protestando, me et meos veros heredes teneri ex justo debito prestita fide discreto viro Detlevo Broyen civi Lubicensi suisque veris heredibus in ducentis marcis Lubicensibus, proximo festo sancti Martini ultra per tres annos continue et inmediate sequentes sine dilacione longiori et absque ullo impedimento intra civitatem Lubicensem cum parata pecunia vel cum tantis pignoribus prosecutis, de quibus suam pecuniam recipere valeat expedite, integraliter persolvendis, fraude et dolo necnon auxilio alicujus racionis preexclusis penitus in premissis; tali condicione interposita, quod ego et mei heredes dicto Detlevo aut suis heredibus infra dictos tres annos super quemlibet terminum sive festum beati Martini viginti marcas Lubicenses pro debita pensione sive redditibus debitis intra muros Lubicenses racione dictarum ducentarum marcarum Lubicensium erogare teneamur expedite; qui quidem redditus supra dicti in dicta summa principali nullatenus debeant defalcari. Super hiis sic firmiter servandis una mecum in solidum conjuncta manu dataque fide conpromiserunt honesti viri dominus Tymmo Marute, dominus Hinricus de Bocwolde, milites, et Otto de Wensin senior famulus, in omnibus condicionibus prenarratis. Ceterum profitemur, nos promisisse Nicolao Alverstorp et Elero Rantzou, ad fideles manus dicti Detlevi Broyen suorumque heredum justorum. In cujus rei testimonium sigillum meum una cum sigillis meorum conpromissorum presentibus est appensum. Datum anno Domini 1368, ipso die beati Egidii abbatis.

Mit vier anhängenden wohlerhaltenen Siegeln.

CCCCXII.

Herzog Erich (II.) von Sachsen-Lauenburg erläßt dem Kloster Reinbeck alle Dienste an den Gütern in seinen Herrschaften und bestätigt alle Verleihungen seiner Vorgänger. 1368. December 7.

Original im Kanzelei-Archiv.

Wy Erik van der gnade Godes to Sassen, to Enghere unde to Westfalen hertoghe, doet witlik alle den ghenen de dessen bref seen edder lesen horen, dat wi mit gûden willen unde birade unser trûwen man, unde dorgh begheringhe willen unses vaders hertoghen Erkes, alse begherende was in sime lesten, deme God gnedich si, unde lutterliken dorch God, unde dorch salicheyt alle unser vorvaren selen willen unde dorch unser sele willen, hebbet quit, ledich unde loes to ewighen tiden ghegheven de gheystliken vrouwen des closters tome Reynenbeke over alle ere gûd, dat se hebbet in unser herschop, denst unde swinebede, unde stedeghet unde vesteghet in dessen breve alle de hantvestinghe unde opene breve de unse elderen en ghegheven unde beseghelt hebbet, unde willen se en to ewighen tiden stede unde vast holden; unde to eyner betûghnisse alle desser dingh is unse ingheseghel van unseme hete henghet to dessen breve, de ghegheven is up unser borgh tho Lovenborgh, na Godes bort drûtteynhûndert jar in deme achte unde sestighesten jare, des neghesten daghes sûnthe Nicolaus. Dar hebben ower wesen unse truwen man her Wasmot Schacke, her Johann Wûlf, riddere, Hartwich Tzabel, Hartwich van Ritzerowe de eldere, Beteman Tzabel unde Fredericus unse tolner to Lovenborgh, knapen, unde andere gûde lude.

Band des Siegels. Auf dem Rücken von alter Hand: van mynes heren weghene van Sassen alle denst los unde swinebede.

CCCCXIII.

Junker Otto von Schaumburg verkauft dem Capitel zu Hamburg einen Zehnten bei Uetersen und 10 Mark jährlich, welche die Dörfer Somerland und Grönland als Bede zu zahlen pflegen. 1369. September 9.

Original im Kanzlei-Archiv.

In nomine Domini amen. Universis et singulis presentes litteras visuris seu audituris, nos Otto domicellus Dei gratia comes Holtzacie, Stormarie et in Schowenborch, cupimus esse notum, quod nos, de beneplacito et consensu heredum nostrorum et omnium quorum interest seu interesse poterit, necnon de consilio fidelium vasallorum nostrorum, ex veris et justis causis, vendidimus et dimisimus et in hiis scriptis vendimus et dimittimus, justo emptionis et venditionis titulo, venerabilibus viris dominis . . preposito . ., decano, canonicis, capitulo et ecclesie Hamburg. Bremensis dioc., nobis sincere dilectis, pro trecentis marcis denar. Hamburg. bonorum, nobis in numerata pecunia integraliter persolutorum et in evidentes et necessarios usus nostros ac nostri dominii utiliter conversorum, totam decimam nostram non longe a monasterio Utersten in palude Utersten prope slusam ibidem in loco, qui nunc vulgariter dicitur In–deme–ouerenrechte, in nova terra, in parrochia Haselowe dicte Bremensis dioc. sitam, cum omnibus suis juribus, libertatibus, terminis, terminorum distinctionibus, dilatationibus, augmentationibus, accrescentiis ac aliis utilitatibus quibuscumque, tam intra quam extra aggeres ipsius decime, cum judiciis majore, minore et intermedio, libere et pacifice ac jure hereditario et proprietario tenendam et perpetuo possidendam, prout nostri progenitores et nos eam possedimus multis annis, necnon certos et perpetuos redditus decem marcarum dictorum den. Hamb., quos villani villarum nostrarum Somerlant et Grûnelant sitarum in parrochia Suderowe dicte Bremensis dioc. de pecuniis precariis dicte vulgariter bete, quas jam dicti villani, dum per nostros progenitores et per nos fuerant super hoc requisiti seu rogati, singulis annis hactenus nobis expedite solverunt et solvere tenebuntur, prefatis dominis canonicis et ecclesie Hamb. in civitate Hamborch quolibet anno in festo nativitatis Christi nostro nomine realiter dabunt et expedite persolvent. Et si forte nos, nostri heredes et successores hujusmodi pecunias precarias a dictis villanis in Somerlant et Grûnelant aliquo anno vel annis, certis intervenientibus causis, non reciperemus seu non exigeremus, dictique domini canonici et ecclesia Hamb. propter hoc seu ob quamcumque aliam causam prefatis redditibus decem marcarum privarentur, seu si non solverentur ipsis quovis alio modo redditus predicti, volentes eisdem dominis et ecclesie

Hamb. sollicite super hoc cavere remediis oportunis: maturo itaque consilio prehabito vendidimus et dimisimus et tenore presentium vendimus et dimittimus certos et perpetuos redditus decem marcarum denariorum Hamb. bonorum in nostris-villis Quicborne, Winceldorp [1] in parrochia Rellinghe sitis, in primis videlicet et certioribus omnibusque redditibus et obventionibus ipsarum villarum ad nos spectantibus. Quos decem marcarum redditus villani ipsarum villarum prefatis dominis canonicis et ecclesie Hamb. in civitate Hamb. quolibet anno, videlicet medietatem ipsorum reddituum in festo beati Martini et reliquam medietatem in festo purificationis beate Marie virginis, dabunt et expedite persolvent requisiti per dominos canonicos supradictos, in illis videlicet annis in quibus prefati domini canonici non receperint nec habuerint ex premissis causis de villis Somerlant et Grûnelant decem marcarum redditus antedictos. Insuper si forte prefati villani in Quicborne et Winceldorp [1] non solverent et solvere denegarent in civitate Hamb., ut premittitur, dictos decem marcarum redditus dominis canonicis et ecclesie Hamb., volumus, quod ex tunc prefati domini canonici per se vel per alios dictas villas tamquam rem propriam intrandi dictosque redditus expignorandi plenam et liberam habeant potestatem, nobis seu nostris advocatis penitus irrequisitis; nosque contractu hujusmodi durante prefatas villas Quicborne et Winceldorp [1] conjunctim vel divisim vendere, inpignorare seu alienare, aut redditus in et de illis vendere non debebimus nec volumus absque speciali scitu, consensu et voluntate dominorum canonicorum predictorum. Prefati etiam domini canonici ac capitulum ecclesie Hamb. nobis, nostris heredibus et successoribus, ad nostras speciales preces ipsis per nos super hoc factas, ex speciali favore concesserunt, quod nos et nostri heredes predictam decimam ac redditus decem marcarum predictos simul et conjunctim reemere potuerimus in quolibet festo beati Michahelis archangeli pro trecentis marcis den. Hamb. bonorum. Sed nos reemptionem hujusmodi certitudinaliter intimare debebimus ante ad sex menses completos dominis canonicis supra dictis, sic quod ipsi domini canonici et ecclesia Hamb. integraliter percipere et habere debebunt fructus et blada, que tunc in illo anno seu tempore reemptionis creverint et collecti fuerint, pertinentes et pertinentia ad decimam predictam, una cum dictis decem marcarum redditibus, qui in festo nativitatis Christi, [quod [2]] predictum festum beati Michahelis immediate subsequetur, sepe dictis dominis canonicis dari et exsolvi, ut premittitur, consueverunt. Prestamus etiam prefatis dominis canonicis et ecclesie Hamb. in decima et redditibus predictis warandiam debitam atque justam. Promittimus insuper in hiis scriptis seriose ac bona fide, quod prefatos dominos canonicos et capitulum et

[1] Wincesdorp mit anderer Dinte corrigirt Winceldorp.

[2] fehlt im Original.

ecclesiam Hamb. nullo umquam tempore in decima et redditibus predictis inbrigare, impedire seu vexare volumus per nos seu alios, directe vel indirecte, publice vel occulte, ymmo eosdem dominos magis volumus in defensionibus dictorum decime et reddituum nostris sinceris affectibus ac promotionibus prosequi gratiosis. Ut autem prefatus emptionis et venditionis contractus justus et rationabilis per nos et nostros heredes inviolabiliter observetur, renunciamus expresse et ex certa scientia beneficio restitutionis in integrum, exceptioni non recepte non numerate pecunie et in usus nostros non converse, rerum non sic existentium sive gestarum, doli mali, aliisque juris et facti exceptionibus quibuscunque, necnon omni beneficio juris canonici et civilis, quibus possemus contra contractum hujusmodi in toto vel in parte in futurum venire seu quomodolibet nos juvare. In quorum omnium testimonium et certitudinem pleniorem presentes nostras litteras sigilli nostri fecimus appensione muniri. Datum Hamborch, anno Domini 1369, sequenti die nativitatis beate Marie virginis, presentibus honorabilibus viris dominis Gerhardo de Lerbeke preposito monasterii monialium in Overenkerken Mindensis dioc., Hermanno de Nendorpe, Jordano nostro cancellario et Gerhardo de Haghene nostro advocato, testibus ad premissa vocatis et rogatis.

Nur das Band des Siegels ist erhalten.

CCCCXIV.

Graf Adolf (VII.) beurkundet, daß das Kloster Reinfeld ihm freiwillig eine Last Hering gegeben, daß er in Zukunft keine Bede von demselben fordern, auch keine Pferde zur Fütterung an dasselbe senden will. 1371. Januar 20.

Fidemirte Copie im Kanzelei-Archiv.

Wy Alf van Godes gnaden greve tho Holstenn und tu Stormeren, bekennen un betugenn openbare inn desser schrifft vor allesweme, dat de geistlikenn herenn, de abbet und dat convent des closters in Reinevelde, nicht van rechtes, van pflicht effte van wanheit wegen, men umme unser noth und umme unser fruntliken bede willenn, uns gegeven hebben eyne last heringes thu unsen kosten uppe unseme slote tu Plone. Der frundtschop und woldat, de se uns darane bewiiset hebbet, dancke wy en fruntliken, und willen de wol wedder se vorschulden, und loven ene dat inn desme breve inn guden

truwen vor uns unnd vor alle unse erven und nhakomelinge edder unse vogede, ammetlude, effte undersaten, vann denselven abbete unnd convente thu Reinevelde, de nu jegenwordichliken sint, edder van erenn nhakomelingenn, solcke bede edder jennige ander bede in thokamenden tijden nicht mehr bidden edder esschen willen edder scholen, und en willen ock effte en scholen in ere vorbenomede closter edder uppe ere hove effte uppe ere dorpe nene volen, perde effte hunde mehr senden edder de unsen senden laten, dar tho voderende effte tu vodende; men wy willen und de unsen scholen dat sulve closter tu Reynevelde, den abbet unnd dat convent darsulvest und alle ere lude unnd ere gudt in unsen landenn truweliken verdeghedingen und beschermenn lyke den unsen, wore und wanne ene des noth is unnde behuf. Und hebben des tu eyner sekeren tuchnisse unse ingesegel wittliken hengen laten an dessen breff, de geven is nha Godes bordt drutteinhundert jare darna des ein und seventigesten jares, in sunte Fabianus und Sebastianus dage der hilligen marterer.

CCCCXV.

Das Domcapitel zu Hamburg giebt dem Grafen Adolf (VII.) das Recht einen ihm verkauften Zehnten in Walkenkope für 250 Mark wieder einzulösen. 1371. Februar 2.

Original im Geheimen Archiv.

Nos Henricus Cusfelt vice-decanus et capitulum ecclesie Hamburg. tenore presentium protestamur, quod nobili et inclito domino nostro, domino Adolfo comiti Holtz. et Stormarie, ac suis veris heredibus, damus et concedimus liberam potestatem reemendi decimam in Walkenkope, ad usum fabrice ecclesie nostre ab ipso venditam, infra decem annos continuos a festo beatorum Philippi et Jacobi proxime venturo numerandos, pro ducentis et quinquaginta marcis denar. Hamburgensium argenteorum et dativorum in civitate Hamborch simul et integraliter persolvendis, redditibus illius anni in quo redemptio facta fuerit primitus erogatis. Prefatus autem dominus comes vel sui heredes tenebuntur nobis ante dimidium annum intimare, quando reemere decreverint decimam supra dictam, ut possimus nobis de aliis redditibus ad usum dicte fabrice comparandis providere. Datum Hamborch, sub sigillo ecclesie nostre, anno Domini 1371, in festo purificationis beate Marie virginis gloriose.

Das Siegel hängt an.

CCCCXVI.

Das Kloster Reinbeck verkauft der Nonne Mechthild Schacken eine jährliche Rente von 1 Mark in Escheburg. 1371. Februar 5.

Original im Geheimen Archiv.

Universis et singulis presencia visuris seu audituris nos Johannes prepositus, Elizabeth priorissa ac totus conventus ancillarum Cristi in Reynebeke salutem in Domino sempiternam. Tenore presencium recognoscimus et publice protestamur, quod, matura deliberacione plenoque consilio et consensu omnium nostrarum conventualium sororum, rite et racionabiliter vendidimus et dimisimus seu eciam juste vendicionis titulo vendimus et pariter dimittimus in hiis scriptis dilecte nobis in Cristo sorori conventuali Mechtildi Scacken unam marcam denariorum perpetui redditus in villa Escheborg pro quindecim marcis Hamburgencium denariorum singulis annis et quolibet festo beati Martini episcopi gloriosi erogandam necnon sublevandam et in ejus usus quamdiu vixerit convertendam. Ipsa vero Mechtildis [1] defuncta soror nostra conventualis supra dicta, redditus jam dicte marce perpetue Elizabeth de Haghene, vel altere nostre sorori conventuali, cui sepe dictos redditus ...[2] in quibuslibet annis et debito termino assignato presentabuntur. De quibus vero in salutem et remedium animarum mee sororis Ermegardis et mee Mechtildis supra dicte viginti festa cum uno in quolibet anno fiant, et debebunt in cereis candelis accensis et ceteris ornamentis celebrari, sicuti eciam sollempnius poterint venerari. Hec omnia infra scripta firmiter promittimus observare per presentes. In evidenciam firmiorem sigilla mei Johannis prepositi predicti et nostri conventus prefati presentibus sunt appensa. Datum et actum Reynebeke, anno Domini 1371, ipso die beate Agathe virginis et martiris gloriose.

Die beiden Siegel hängen an.

[1] Vielleicht ist zu lesen Mechtilde.... sorore.....conventuali.
[2] Es scheint etwas zu fehlen.

CCCCXVII.

Bischof Hermann von Schleswig überträgt und einverleibt dem Capitel zu Hadersleben mehrere Altäre mit ihren Einkünften. 1371. Juni 23.

Aus dem Registr. des Hadersleb. Capitels im Kanzelei-Archiv.

Universis presentes literas audituris seu visuris Hermannus Dei et apostolice sedis gracia episcopus Sleswicensis salutem in Domino sempiternam. Licet omnibus aperire tenemur viscera caritatis, illis tamen specialius et abundancius, qui in servicio Dei, quam dulcis est, vacare et vivere [1] salubriter elegerunt. Unde noveritis, quod honorabiles viri, nobis dilecti filii, Tuko cantor totumque capitulum Haderslevensis ecclesie nobis retulerunt querulose, quod bona communitatis ecclesie sue diversimode per malefactores et pestilencias devastata sunt, adeo quod de redditibus ipsorum bonorum sustentari commode non valeant, sed timent, quod necessitate urgente in fugam ineant, et disjuncti loca alibi, ubi commodosiùs maneant, querere dolencius compellantur. Ipsorum igitur dictorum filiorum dilectorum necessitati paternaliter compacientes, eorundem inopiam sublevare volentes, quantum in nobis est, fervore divino previo, ne, ipsis dispersis, prefata ecclesia sine servicii divini decore orbata et relicta sit, communitati perdilecti capituli altaria beate Marie virginis, sanctorum Petri, Andree, Jacobi apostolorum, Crucis, et Katarine, ibidem constructa, quamvis exilis redditus, una cum omnibus et singulis suis pertinenciis ac juribus, inseparabiliter annectimus et unimus. Datum anno Domini 1371, in vigilia beati Johannis baptiste, nostro sub sigillo.

[1] videre die Abschrift.

CCCCXVI.

Herzog Erich (IV.) von Sachsen-Lauenburg gestattet dem Hermann Pels das Dorf Gardeze und eine halbe Mühle zu einer geistlichen Stiftung zu verwenden. 1371. December 1.

Fidemirte Copie[1] *des Ratzeburger Dom-Archivs zu Strelitz.*

In nomine Domini amen. Ericus Dei gracia dux Saxonie, Angarie et Westfalie, universis presens scriptum cernentibus salutem in Domino cum notitia rei geste. Universis tam presentibus quam futuris in hiis scriptis publice recognoscimus protestantes, quod nos, intelligentes, discretum famulum Hermannum dictum Pels villam Gardeze et dimidium molendinum, dictum molendinum Alberti Razeburgh, situm apud longum pontem, quam villam et quod molendinum idem Hermannus rite et racionabiliter a Thiderico famulo dicto de Ritcerowe, adhibito consilio et consensu fratris sui Bertoldi dicti de Ritzerowe militis et heredum ipsorum, emit pro pecunia numerata et prompta, velle ad perpetuum cultum divinum et officium causa devocionis vertere et donare, villam et dimidium molendinum predictos, cum omni proprietate, libertate et jurisdictione temporali, judicio tam superiori quam inferiori, piscatura tam majori quam minori, fructibus, proventibus, accrescenciis, pratis, pascuis, silvis, nemoribus, viis, inviis, aquis, aquarum decursibus, terminis et distinctionibus, quibus jacent et hactenus jacuerunt, de pleno consensu heredum nostrorum et consilio fidelium vasallorum nostrorum, quia, ut decet, non intendimus cultum divinum minuere nec curtare sed pocius multiplicare et augere, pro remedio anime nostre et animarum parentum nostrorum, dicto Hermanno et illis sive (?) in quos, sive sint seculares sive ecclesiastici, villam et molendinum dictos transfert, in hiis scriptis dimisimus et dimittimus liberos in perpetuum et solutos, transferentes villam et molendinum predictos cum omnibus et singulis premissis in ipsum Hermannum libere et quite; et nec per nos nec per heredes nostros peticio, exactio et servitium quodcunque de dictis bonis unquam exigi et extorqueri debebit; ac ipsi Hermanno pro nobis et nostris heredibus in hiis scriptis concedimus liberam et plenam potestatem, villam et molendinum predictos cum omnibus et singulis prenominatis in cultum divinum, in personam ecclesiasticam et in libertatem ecclesiasticam transferendi, promittentes in hiis scriptis pro nobis et nostris heredibus, quod nec per nos nec per alios unquam ratione dictorum bonorum ipsi Hermanno et possessori ipsorum litem vel controversiam

[1] Durch den Bischof Heinrich von Ratzeburg, der auf Bitten des Hermannus Pels die Urkunde hat sub forma publici privilegii transsumiren lassen. 1373. August 16.

occulte vel manifeste inferimus nec inferenti consentiemus, sed potius dicta bona protegimus in ecclesiastica libertate. Renunciavimus et renunciamus in hiis scriptis pro nobis et nostris heredibus omni exceptioni legum et canonum, si quam contra predicta habere possemus, et omni proprietati, libertati, jurisdictioni et judicio, que umquam in predictis nobis possent conpetere quoquo modo. Testes hujus rei sunt Johannes de Crumesse, Bertoldus de Rytzerowe predictus, Emeke Hake, Henricus de Duvenze, Hinricus de Gronowe, milites nostri, Thidericus de Ritzerowe predictus, Otto de Plone et Hinricus de Crumesse famuli, et plures alii fide digni. Et in perpetuam firmitatem et memoriam omnium et singulorum premissorum presens instrumentum scribi fecimus, ac ipsum predicto Hermanno tradidimus nostro sigillo fideliter sigillatum. Datum Lauenborg, anno Domini 1371, Kal. Decembris.

CCCCXIX.

Mandat des Reinerus, Thesaurarius der Schleswiger Kirche, gegen den Herzog Erich (III.) von Sachsen (Bergedorf) und mehrere Geistliche wegen ihres Verfahrens gegen die Kirche zu Bergedorf. 1374. März 14.

Original im Ratzeburger Dom-Archiv zu Strelitz.

Reverendis in Christo patribus dominis Dei gracia Maguntinensi, Treverensi, Coloniensi, Pragensi, Bremensi, Magdeburgensi, Lundensi, Apsalensi archiepiscopis, necnon Razeburgensi, Zwerinensi, Lubicensi, Caminensi, Brandeburgensi, Halberstadensi, Hildesemensi, Verdensi, Osnaburgensi, Mindensi, Padeburgensi, Monasteriensi, Sleswicensi, Ripensi, Arusiensi, Wibergensi, Ottoniensi, Roscildensi, Lincopensi . . . episcopis, ac religiosis in Christo patribus et dominis monasteriorum abbatibus, necnon venerabilibus dominis, dominis prepositis, decanis, archydyaconis, thezaurariis, scolasticis, cantoribus, prioribus, canonicis, capitulis, plebanis, rectoribus, vicerectoribus, perpetuis vicariis, beneficiatis quibuscunque ebdomedariis, cappellanis, presbiteris et notariis publicis dictarum ecclesiarum, ac magistris scolarum, pedagogis, chorulibus et clericis ac campanariis, per provincias, civitates et dioceses dictorum dominorum archiepiscoporum et episcoporum et alibi ubilibet constitutis, necnon universis et singulis beatorum Benedicti, Augustini et sancti Johannis Iherosol. et sancte Marie Theutonicorum Christi milicie ac Premonstratensibus, aliorum quorumcunque ordinum prepositis, prioribus, preceptoribus et commendatoribus, per easdem provincias, civitates et dioceses constitutis . . . . Reinerus the-

saurarius ecclesie Sleswicensis, subexecutor et commissarius ad infra scripta a reverendo in Christo patre et domino nostro, domino episcopo Sleswicensi executore principali, cum nonnullis suis ceteris in hac parte collegis cum illa clausula: „Quatenus vos vel duo aut unus vestrum per vos vel alium seu alios etc.“ a sede apostolica specialiter delegato, subdelegatus, salutem in Domino et mandatis nostris imo verius apostolicis firmiter obedire. Gravem querelam discreti viri domini Reimari dicti Oem rectoris parochialis ecclesie in Bergherdorpe et capelle sancte Crucis illi ecclesie annexe Razeburgensis dioceseos recepimus, continentem, quod, licet eidem domino Reimaro dicto Oem presbitero Bremensis diocesis vigore cujusdam gracie sibi facte, in quadam forma pauperum (?) a sanctissimo in Christo patre et domino, domino Urbano felicis recordationis papa quinto, ecclesiam parochialem in Bergherdorpe et cappellam sancte Crucis illi ecclesie anexam dicte Razeburgensis, diocesis spectantem ad collacionem reverendi in Christo patris et domini, domini episcopi Razeburgensis, debito tempore acceptaverit, et sibi de eisdem per certos suos executores super hoc specialiter deputatos canonice sibi provisum fuisse, sibique per tres sententias definitivas per auditores sacri palacii in curia Romana ad hoc deputatos dictam ecclesiam parochialem in Bergherdorpe una cum cappella sancte Crucis illi ecclesie anexa dicte Razeburgensis diocesis, cum omnibus fructibus, redditibus, proventibus, obvencionibus et oblacionibus ac juribus universis et singulis, adjudicate fuissent, sicuti in executoriis et processibus super hoc confectis plenius continetur, de quibus nobis facta extitit plena fides: nichilominus tamen dux Ericus Saxonie de Molne in Bergherdorpe dicte Razeburgensis diocesis dicte capelle sancte Crucis oblationes et elemosinas, que in dicta capella sancte Crucis vel qualecunque infra predictam capellam et extra sancte Cruci predicte Razeburgensis diocesis a Christi fidelibus offeruntur, et idem dux per multa tempora sustulit, recepit et sublevavit, inbursat et inbursavit, et adhuc hodierna die sublevare et inbursare non veretur, et in usus suos convertebat et convertit, et quod gravius et nephandius existit, Albertum Snokel, Conradum Richardi, Marquardum Danneman et Albertum Kurslake, qui se gerunt pro presbiteris dicte Razeburgensis diocesis, ac Gherardum dictum Ferwer et Nicolaum Langhecane, presbiteros Lubicensis et Bremensis diocesis, ad eandem ecclesiam parochialem in Bergherdorpe et cappellam sancte Crucis violenter intrusit, sacramenta ibidem populo temerarie ministrando in contumeliam et in prejudicium dicti domini Reimari dicti Oem et in opprobrium sedis apostolice, in animarum eorum periculum et in scandalum plurimorum ac in contemptum ecclesiastice discipline, propter quod non est dubium penas processuum super hoc confectorum incidisse, et dictum dominum ducem Ericum sacrilegum, et dictos Albertum Snokel, Conradum Richardi, Marquardum Danneman, Albertum Kurslake et Gherardum Ferwer ac Nicolaum Langhecane, presbiteros predictarum Race-

burgensis, Lubecensis et Bremensis diocesis, dictas ecclesiam parrochialem in Bergherdorpe et capellam sancte Crucis illi ecclesie annexam occupantes et occupatas detinentes [1], tanquam filii inobediencie et iniquitatis, a quorum oculis timor Dei abcessit, irregularitatem et prophaniam incurrisse, quos eciam nos presentibus decernimus et declaramus penas processuum incidisse; quas quidem penas in dictis processibus contentas et promulgatas volumus hic (?) habere quorum interest. Quare dictus dominus Reymarus dictus Oem nobis humiliter supplicavit, ut super premissis sibi de remedio opportuno dignaremur providere. Nos igitur huic morbo, ne per moras temporum factus cronicus fomenta respuat medicine, oportunam et congruam adhibere medelam, et ne tyrannorum persecutionis sevicia et horrenda ipsorum elacionis obstinacia invalescat, et expedit ut rigor debite ulcionis contra tales sagaciter insileat et superiorum censura ferociter insurgat, ut sic a suis temerariis ausibus virga mansuete correctionis refrenetur, et (?) ne perversitas predictorum ab aliis trahatur in exemplum. Vobis igitur omnibus et singulis, quibus nostre presentes litere diriguntur, et qui requisiti fueritis, aut qui requisitus fuerit, in virtute sancte obediencie et sub excommunicationis pena, quam in vos et quemlibet vestrum, in capitula vestra suspensionis et in ecclesias vestras interdicti sentencias, trium dierum canonica monicione premissa, fecimus in hiis scriptis, si ea que vobis in hac parte precipimus et mandamus neglexeritis seu contumaciter distuleritis adimplere; vobisque reverendis patribus, dominis et dominis archiepiscopis, episcopis, quibus ob pontificalis dignitatis reverenciam deferri decet in hac parte, si omnibus et singulis prenarratis non parueritis cum effectu, dictorum trium dierum canonica monicione premissa, ingressum ecclesie interdicimus, et si hujusmodi interdictum per alios tres dies immediate dictos tres dies sequentes sustinueritis animo indurato, vos suspendimus a divinis, et si, quod absit, per alios tres dies immediate dictos tres dies sequentes in vestra duricia perseveraveritis animo indurato hujusmodi suspensionis et interdicti sententias sustinendo, vos et quemlibet vestrum excommunicationis sententia innodamus in hiis scriptis; districte precipiendo mandamus, quatenus infra dictos trium dierum spacium post presentacionem seu requisitionem et insinuacionem presencium vobis factam immediate sequentem, quod vobis universis et singulis pro peremtorio termino ac monicione canonica assignamus, accedentes quo propter hoc fuerit accedendum et accedere fueritis requisiti, vel alter vestrum fuerit requisitus, et sic quod alter alterum non respiciat aut exspectet et se per alium non excuset, per vos vel alium seu alios predictum dominum ducem Ericum de Molne et in Bergherdorpe sacrilegum et predictos Albertum Snokel, Conradum Richardi, Marquardum Dannemann, Albertum Kurslake, presbiteros predicte Razeburgensis diocesis, et Gherardum dictum Ferwer ac

[1] et occupatas detinuerunt fügt die Urkunde nochmals hinzu.

Nicolaum Langhecane, presbiteros dictarum Lubicensis et Bremensis diocesis irregulares et prophanos, ac Ottonem Sassenhaghen, qui se gerit pro presbitero Razeburgensis diocesis predicte, pro fructibus perceptis de predictis ecclesia parochiali in Bergherdorpe et capella sancte Crucis illi ecclesie annexa, ac omnes alios et singulos illicitos detentores et occupatores, eciam quocunque nomine appellantur, necnon ipsis dantes auxilium, consilium vel favorem, publice vel occulte, directe et indirecte, in vestris ecclesiis et capellis, prout requisiti fueritis, infra missarum solempnia de ambone, cum omnis populus convenerit ad divina, seu tempore divinorum, et singulis diebus dominicis et festivis, pulsatis campanis et candelis accensis et extinctis ac demum in terram projectis, excommunicatos denuncietis, donec ipse predictus dux Ericus sacrilegus ac predicti Albertus Snokel, Conradus Richardi, Marquardus Daneman, Albertus Kurslake, dicte Razeburgensis diocesis, et Gherardus Ferwer et Nicolaus Langhecane, presbiteri, ac Otto Sassenhaghen, presbiter predicte Razeburgensis diocesis, de perceptis fructuum, reddituum, proventuum, obvencionum, jurium et oblacionum dictarum ecclesie parochialis in Bergherdorpe et capelle sancte Crucis illi ecclesie annexe plenam et debitam predicto domino Reymaro dicto Oem, vero rectori earundem ecclesie et capelle sancte Crucis in Bergherdorpe, cum integritate satisfactionem faciant et impendant, donec predicti sacrilegus, irregulares et prophani, necnon omnes alii et singuli auxiliatores et consiliatores et fautores meruerint ab hujusmodi executionis et interdicti relaxando beneficium absolutionis obtinere, quam si denunciationem et excommunicationem animis induratis tamquam aspis surda obturans aures suas a voce venefici incantantis per quindecim dies immediate sequentes sustinuerint, extunc inhibeatis omnibus consiliariis predicti ducis Erici de Molne, presertim Theodorico dicto Tresseke perpetuo vicario ecclesie Lubicensis, domino Detlevo Parkentin militi, Johanni et Nicolao dictis Staken, Gotscalko et Detlevo dictis Sůle et Hamůr, armigeris, ac Tymoni Frigehwe, laycis dicte Razeburgensis diocesis, ac omnibus aliis et singulis eciam inhibeatis, ut infra octo dies a participatione dictorum immediate dictos quindecim dies sequentes desistant a participatione verbis, placitis, mercando, emendo, vendendo, comedendo, bibendo, hospitando, itinerando, serviendo, stando, equitando, navigando aut alio actu quovis modo, necnon auxilium, consilium vel favorem dando, minime participent aut connitent, sed se ab eis aut eorum quolibet infra predictos octo dies, quem terminum eis et eorum cuilibet pro trina et canonica monitione presentibus assignamus, abstrahant et alienent, et eos arcius evitent tanquam diaboli membra ab omnibus bonis operibus non immerito ejectos et exclusos; contrarium vero facientes simili modo excommunicatos denuncietis, quos et quemlibet eorum nos exnunc prout extunc et extunc prout exnunc, premissa dicta canonica monitione, excommunicamus in nomine Domini in hiis scriptis ac alias in ecclesiis, parochiis, civitatibus, opidis et

villis, in quibus domicilium aut domicilia habent aut tenent, aut ipsorum aliquis habuerit et tenuerit, simpliciter vero in aliis locis, ubi predictus dux Ericus de Molne sacrilegus et alii predicti Albertus Snokel, Conradus Richardi, Marquardus Danneman, Albertus Kurslake, presbiteri predicte Razeburgensis diocesis, et Gherardus Ferwer ac Nicolaus Langhecane, presbiteri predictarum Bremensis et Lubicensis diocesis irregulares et prophani, et Otto Sassenhaghen, presbiter predictus, pro fructibus perceptis de predictis ecclesia et cappella sancte Crucis in Bergherdorpe visi fuerint, aut aliquis eorum visus fuerit, aut moram traxerint, aut aliquis eorum traxerit, et quamdiu ibidem fuerint, penitus cessetis a divinis, premissa continuantes et ab hiis non cessantes, donec a nobis aut superiori nostro aliud habueritis in mandatis. In signum executionis vos, qui requisiti fueritis, vel qui requisitus fuerit, reddite presens nostrum mandatum cum vestris sigillis sigillatum sub penis et monitionibus premissis. In quorum omnium evidens testimonium presentem nostrum processum nostri sigilli appensione fecimus communiri. Datum Sleswich in loco habitacionis nostre, sub anno Domini millesimo trecentesimo septuagesimo quarto, decima die mensis Marcii, hora vesperarum vel quasi, pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri domini Gregorii divina providencia pape undecimi anno quarto, presentibus honorabilibus et discretis viris dominis Johanni Wanekien preposito ecclesie Sleswicensis et Henrico dicto Hondorp canonico ejusdem ecclesie Sleswicensis et Henrico dicto Remelessen presbitero Bremensis diocesis, et quam pluribus aliis fide dignis, testibus ad premissa vocatis specialiter et rogatis.

Das Siegel ist parabolisch, hat im Felde zwei in Form eines Andreaskreuzes gelegte Schlüssel und die Umschrift S. REINERI CANONICI SLESWIC. *Am untern linken Rande der Charte sind folgende drei, durch die durchgezogenen Siegelbänder befestigte Transfixe:*

Noveritis, domine Reynere thesaurarie ecclesie Sleswicensis, subexecutor a reverendo in Christo patre et domino, domino episcopo Sleswicensi, executore principali, quod nos rectores parochialium ecclesiarum in civitate Lubicensi, videlicet Ludekinus de Flandria rector parochialis ecclesie beate Marie virginis, Johannes Plescow rector parochialis ecclesie beati Petri apostoli, Johannes Warendorp rector parochialis ecclesie sancti Jacobi apostoli, magister Johannes dictus Borghermeyster rector parochialis ecclesie sancti Egidii, Johannes de Lubeke rector parochialis ecclesie sancti Nicolai in Lubeke, presens vestrum mandatum sumus fideliter juxta tenorem et formam ipsius mandati executi, sub anno Domini millesimo trecentesimo septuagesimo quarto in dominica qua cantatur Vocem jucunditatis. In cujus rei testimonium sigilla nostra per cedulam transfixam duximus appendenda.

5 Siegel.

Reverende domine judex, sciatis, quod ego Bartholomeus rector ecclesie in Molne fideliter vestrum mandatum sum executus in vesperis infra octavas Corporis Christi juxta tenorem presentis processus, quod sigillo meo protestor et affirmo.

Siegel.

Noveritis, domine Reynere thesaurarie ecclesie Sleswicensis, executor a reverendo in Christo patre domino, domino episcopo Sleswicensi, executore principali, quod ego Ludolfus Hayken rector parochialis ecclesie in Karlowe Razeburgensis diocesis presens vestrum mandatum sum fideliter juxta tenorem et formam ipsius mandati executus, sub anno 1373, dominica post ascensionem Domini.

Das Siegel hängt an und ausserdem sind angehängt: 1. S. HINRICI COSVELT CANONICI Hamburg. 2. *Ein Pergamentstreifen, von dem das Siegel abgefallen.* 3. *Ein halbzerbrochenes parabolisches Siegel, auf dem ein Engel unter einem Gemäuer.* S' Hinr . . . di . . . prbi. 4. S. WILLEKINI . . . . pbri.

CCCCXX.

Das Domcapitel zu Hamburg bescheinigt die durch das Kloster Reinbeck geschehene Einlösung gewisser Renten zu Lobrügge. 1374. März 26.

Original im Geheimen Archiv.

Nos Hinricus Cusveld vicedecanus et capitulum ecclesie Hamburgensis recognoscimus in hiis scriptis, quod honorabilis vir, dominus Hinricus prepositus, priorissa et conventus sanctimonialium in Reynebeke, reemerunt a nobis trium marcarum redditus, quos habuimus in villa Lobrugge, pertinentes ad testamentum domini Johannis Springowe et magistri Jacobi de Sancto Spiritu, quondam perpetuorum vicariorum in Hamb., pro 40 marcis denariorum Hamburgensium, nobis integraliter persolutis, de quibus ipsos quitamus, et literas dicti conventus, quas super dictis redditibus habuimus, exstinctas de cetero et invalidas esse nunciamus. Datum Hamborch, sub nostro sigillo, anno Domini 1374, dominica Palmarum.

CCCCXX.

Graf Heinrich II. beurkundet ein Urtheil, welches dem Luder Rutze Güter in Hakemark zuspricht. 1374. November 1.

Original im fürstlichen Archiv zu Schleswig [1].

Hinricus Dei gratia comes Holsatie et Stormarie universis presentia visuris seu audituris salutem in Domino sempiternam. Notum facimus universis, quod nos exhibitori presentium Ludero Rutze bona in Hakemark sita, super que quidam Esbernus et Televus de Rode impetiverunt, prout cum juramento suorum cognatorum, videlicet cum preposito juramento Hennekini Rutze et filii ejus Henningii, Ottonis Rutze, Hannes Tramme, Detlevi de Hagen, Henningii Wokendorp, Sly . . . Beynvelt, Waldemari Breyden, Jorden Latendorp, Marquardi de Wiske et Nicholai filii Petri Haken, ab impetitionibus ipsorum dictus Luderus legaliter se expurgavit, necnon, sicut duodecim viri non suspecti de placito Rysbyherde nominati, videlicet Hennekius Darghede, Jorden Latendorp, Wolf de Hagen, Hennekius de Haghen, Henneke Wood, famuli, Nicolai Ocsen, Johannes Kalsen, Jess Stade, Claus Godemann, Marquardus Harsen, Rusthe Henneke, Jess Woghens, coram nostro justiciario ei dicta bona adjudicaverunt, omni jure adjudicamus per presentes; mandantes nichilominus firmiter et districte, ne quis cujuscunque status vel conditionis dominum Luderum in predictis bonis aliqualiter audeat molestare, prout gratiam nostram diligent inoffensam. In cujus rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum anno Domini 1374, ipso die omnium Sanctorum, presente Hartwico Porsvelt.

CCCCXII.

Herzog Erich (IV.) von Sachsen=Lauenburg bestätigt dem Capitel zu Ratzeburg die Schenkung des Hartwich von Ritzerow von Deutsch= und Wendisch=Molzan. 1375. März 3.

Original im Ratzeburger Dom-Archiv zu Strelitz.

In nomine Domini amen. Ad perpetuam rei memoriam universis Christi fidelibus presentes literas inspecturis seu audituris Ericus Dei gratia dux Saxonie, Angarie et Westfalie, rei geste agnoscere veritatem et salutem in Domino sempiternam. Ne ea que fiunt in tempore simul cum tempore raptim transeant et labantur propter memorie labilitatem,

[1] Mitgetheilt von Capitain Schröder.

literis conscribuntur. Hinc est, quod presentes noscere volumus et posteros non latere, quod nos, ad laudem et honorem salvatoris nostri Jhesu Christi sueque matris Marie virginis gloriose, et nichilominus ob fidelium servitiorum, que famosus vir Bertoldus de Ritzerowe famulus suique progenitores nobis ac nostris progenitoribus fideliter et gratanter impenderunt ac impendere poterunt in futurum, intuitum et respectum, eidem Bertoldo, matura deliberatione et cum fidelibus nostris diligenti consilio et tractatu super hoc habitis et premissis, annuimus et concessimus et concedimus per presentes, ut villas Dudeschen Moltzan et Wendeschen Moltzan, in parrochia Slawestorp in nostro territorio Raceborg situatas, quas villas Bertoldus de Ritzerowe antedictus et sui progenitores a nobis ac nostris progenitoribus in feudum tenuerunt, cum omni proprietate, libertate et jurisdictione temporali, judicio tam superiori quam inferiori, scilicet colli et manus, piscatura majori et minori, fructibus et proventibus, accrescentiis, pratis, pascuis, silvis, nemoribus, viis, inviis, aquis, aquarum decursibus, terminis et distinctionibus, quibus jacent et hactenus jacuerunt, secundum quod pater ipsius Hartwicus de Ritzerowe bone memorie famulus, pia devotione ductus, cum adhuc ageret in humanis, decrevit et concepit in usus pios convertere, possit in ecclesiasticam transferre libertatem. Et nos Ericus dux Saxonie predictus dictas villas seu possessiones Dudeschen Moltzan et Wendeschen Moltzan ecclesie Raceborgensi et priori, qui pro tempore ibidem fuerit, ac eciam clericis, qui eisdem bonis beneficiati fuerint, cum omni jure, proprietate et dominio, petitione, exactione, et quod in dictis bonis habuimus vel quod nobis competere poterat, in eisdem eis contulimns et conferimus et in eos simpliciter transferimus per presentes; nichil omnino juris nobis aut nostris heredibus aut successoribus reservantes in eisdem; et nichilominus pro nobis et heredibus nostris aut successoribus renuntiavimus et renuntiamus per presentes expresse voluntarie et ex certa scientia beneficio restitutionis in integrum, exceptionibus doli mali aliisque juris et facti exceptionibus canonici et civilis quibuscunque, et universaliter omni juri, quod nobis nostrisque heredibus aut successoribus competere poterit quomodolibet in futurum; nobis vero et nostris heredibus aut successoribus penitus et omnino nichil reservantes. Ut autem hujusmodi nostra donatio perpetuam obtineat roboris firmitatem et a nullo hominum possit infirmari, presentes literas ex certa nostra scientia conscriptas nostri sigilli munimine jussimus firmiter roborari. Datum et actum in Datia in territorio Gethzure in curia Wessbu, anno millesimo trecentesimo septuagesimo quinto, sabato ante dominicam qua cantatur Esto michi, presentibus honorabilibus ac strenuis viris, dominis Hildebrando de Slanstede presbitero et nostro cancellario, Viccone Marscalck alias dicto de Hiddezaker milite et advocato nostro in Raceborch, Hartwico Tzabele, et Gerardo de Godowe, armigeris, testibus ad premissa.[1]

[1] so die Abschrift.

CCCCXXIII.

Heinrich und Johann von Crummesse verkaufen halb Groß-Schenkenberg an Johann Schepensteden und Eberhard Pauli zu Lübeck. 1376. Juni 13.

Original im Trenthorster Guts-Archiv.

Omnibus presentia visuris seu audituris Hinricus de Crummesse, filius Hinrici de Crummesse [1] quondam morantis in Clempowe, et Johannes de Crummesse, tutor seu provisor dicti Hinrici et suorum fratrum, armigeri, salutem in Domino sempiternam. Tenore presentium recognoscimus et publice protestamur, nos unanimi consilio et consensu nostrorum heredum proximorum necnon omnium illorum, quorum consensus ad hoc fuerat requirendus, rite et rationabiliter vendidisse, dimisisse et resignasse titulo justi emologii, discretis et honestis viris, domino Johanni Schepensteden consuli Lubecensi et Everhardo Pauli civi ibidem ipsorumque veris heredibus et sequentibus, presentes literas habentibus, pro centum et sexaginta marcis Lubecensium denariorum, nobis per ipsos integraliter persolutis et in usus nostros necessarios omnimodo expositis et conversis, nostram dimidiam villam Groten Schenkenberghe dictam in parochia Crummesse sitam, ad habendum, tenendum et possidendum, et ad faciendum cum ea quicquid decreverint, utpote agris, cultis et incultis, pratis, pascuis, paludibus, cespitibus, lignis, nemoribus, rubetis, aquis aquarumque decursibus, piscariis, stagnis, instagnationibus, distinctionibus terminorum, prout nunc dicta bona jacent, cum omni proprietate, commoditate et libertate, emolumentis, fructibus, reditibus et proventibus omnibus inde derivantibus, ac omnibus et singulis suis appertinentiis et conditionibus, ac cum omni jure, prout nobis et nostris progenitoribus prescripta bona hactenus liberalius pertinebant. Promisimus etiam et presentibus promittimis, bona fide, pro nobis et nostris heredibus, domino Johanni et Everhardo predictis et eorum heredibus ac sequentibus, presentes literas habentibus, predicta bona warandare ac libertare et disbrigare ab omni impetitione quorumcunque hominum juri et judicio stare volentium, sub nostris laboribus et expensis; reservata tamen nobis Hinrico et Johanni dictis de Crummesse prescriptis et nostris heredibus tali gratia et facultate, quod predictam dimidiam villam cum omnibus suis appertinentiis, ut premittuntur, singulis annis in die nativitatis sancti Johannis baptiste vel octo dies post festum ejusdem beati Johannis, reemere possimus pro prescriptis

[1] filius — Crummesse fehlt in der Abschrift.

centum et sexaginta marcis Lubecensium denariorum, quos nos aut nostri heredes domino Johanni Schepensteden et Everhardo Pauli predictis aut eorum heredibus vel sequentibus, presentes literas habentibus, intra civitatem Lubicensem persolvere et erogare teneamur expedite. Et tunc temporis redditus et pensiones in hujusmodi bonis inveniemus ipsos totaliter sublevandos. Sed dominus Johannes et Everhardus predicti aut eorum heredes redditus et pensiones dicte dimidie ville proximo festo sancti Johannis anno de presenti totaliter in dictis bonis invenient et eos percipient et habebunt expedite. Quam quidem reemptionem facere dum decreverimus, hoc domino Johanni et Everhardo predictis et eorum heredibus et sequentibus, presentes literas habentibus, per spacium integri dimidii anni preeunte [1] revelabimus publice et notorie predicemus. Sed infra tres annos a primo festo sancti Johannis baptiste continue numerandos hujusmodi bona nullatenus reemere seu redimere debeamus. Ceterum si nos aut nostri heredes predicta bona ad hereditariam venditionem vendere voluerimus, interim quod predicti dominus Johannes Schepenstede, Everhardus Pauli et eorum heredes predictis bonis utuntur, extunc eadem bona nulli alteri nisi ipsis, videlicet domino Johanni et Everhardo predictis ac eorum heredibus et sequacibus, presentes literas habentibus, pro tali pertinente summa, quam solvere poterint, vendere debeamus, sic quod ipsi dominus Johannes Schepenstede, Everhardus Pauli et eorum heredes et sequaces, presentes literas habentes, proximi debent esse ad emenda predicta bona in hereditariam emptionem. Omnia et singula premissa conjuncta manu et in solidum, una cum subscriptis nostris compromissoribus data fide promittimus per presentes, rata et firma tenere et observare, dolo et fraude preexclusis. Et nos Detlevus de Parkentin, Eghardus de Crummesse, milites, Marquardus de Crummesse, filius Hennekini de Crummesse alias dicti Capelle, Vicko de Crummesse, Detlevus et Hinricus fratres dicti de Gronowe, famuli, recognoscimus per presentes, nos una cum predictis Henrico et Johanne dictis de Crumesse conjuncta manu et in solidum prestita fide compromisisse predictis domino Johanni Schepensteden, Everhardo Pauli et eorum heredibus ac sequacibus, presentes literas habentibus, et ad ipsorum fideles manus honestis viris, dominis Thome Morkerken et Gherhardo de Atendorn consulibus Lubicensibus, omnia et singula premissa firmiter et inviolabiliter observare sine contradictione qualicunque et absque alicujus innovationis ratione. In quorum omnium et singulorum premissorum evidens testimonium nos Hinricus et Johannes dicti de Crummesse prescripti sigilla nostra una cum sigillis dictorum nostrorum compromissorum concorditer et ex certa nostra scientia presentibus duximus appendenda. Datum Lubece, anno Domini 1376, in crastino festi corporis Christi.

9 Siegel.

[1] Vielleicht preinante wie in der Abschrift der folgenden Urkunde steht.

CCCCXXIV.

Herzog Erich (III.) von Sachsen (Bergedorf) bestätigt den in der vorstehenden Urkunde enthaltenen Kauf. 1376. Juni 13.[1]

Original im Trenthorster Guts-Archiv.

In nomine Domini amen. Universis et singulis presentia visuris seu audituris, nos Ericus Dei gratia senior dux Saxonie, Westphalie et Angarie, salutem in Domino. Tenore presentium recognoscimus et protestamur publice per presentes, quod constituti in nostra presentia strenui famuli fideles nostri Hinricus de Crummesse, filius Hinrici de Crummesse quondam morantis in Clempowe, et Johannes de Crummesse, tutor seu provisor dicti Hinrici de Crummesse et suorum fratrum, qui de consensu et beneplacito nostro et nostrorum consiliariorum ac suorum heredum proximorum necnon omnium illorum, quorum consensus ad hoc fuerat requirendus, rite et rationabiliter vendiderunt et coram nobis legitime resignaverunt titulo justi emologii discretis viris domino Johanni Schepenstede consuli Lubecensi et Eberhardo Pauli civi ibidem ipsorumque veris heredibus et sequacibus, presentes literas habentibus, pro centum et sexaginta marcis Lubecensium denariorum, ipsis integraliter persolutis et in usus eorum necessarios omnimode expositis et conversis, veluti coram nobis asseruerunt, ipsorum dimidiam villam Groten Schenkenberghe dictam, in parochia Crummesse sitam, ad habendum, tenendum et faciendum cum ea quicquid decreverint, utpote agris, cultis et incultis, pratis, pascuis, paludibus, cespitibus, lignis, nemoribus, rubetis, aquis aquarumque decursibus, piscariis, stagnis, instagnationibus, viis et inviis, distinctionibus terminorum, ut nunc dicta bona jacent, cum omni proprietate, libertate et commoditate, emolumentis, fructibus, redditibus et proventibus omnibus inde derivantibus, ac universis et singulis suis appertinentiis et conditionibus et omni omnium (?) tali jure, prout ad ipsos et eorum progenitores prescripta bona liberalius hactenus pertinebant; reservata tamen predictis Hinrico et Johanni dictis de Crummesse et eorum heredibus tali gratia et facultate, quod dictam dimidiam villam cum omnibus suis appertinentiis, ut premittuntur, singulis annis in die natvitatis sancti Johannis baptiste vel octo dies post festum ejusdem sancti Johannis, reemere possint pro centum et sexaginta marcis Lubecensium denariorum, per ipsos aut eorum heredes

[1] Eine andere Urkunde des Herzogs überträgt den Käufern den Besitz des gekauften Gutes. Datum et actum in Bergherdorpe, anno Domini 1376, in die sancti Michaelis (September 29), presentibus honestis viris, domino Detlevo Parkentyn alias de Belendorpe milite, Johanne Seaken et Tymekino Vriehus, famulis nostris fidelibus, et quam pluribus aliis fide dignis, ad hoc vocatis et specialiter rogatis.

predictis domino Johanni et Everhardo et eorum heredibus ac sequacibus, presentes literas habentibus, intra civitatem Lubecensem persolvendis expedite. Et tunc temporis redditus et pensiones dicte dimidie ville proximo festo nativitatis sancti Johannis babtiste anno de presenti totaliter in dictis bonis invenient, et eos sublevent expedite. Quam quidem reemptionem facere dum decreverint, hoc domino Johanni et Everhardo predictis et eorum heredibus ac sequacibus, presentes literas habentibus, per spacium integri dimidii anni preinante revelabunt publice seu predicent; tali conditione interposita, quod hujusmodi bona nullatenus reemere seu redimere debeant nec valeant infra tres annos a proximo festo sancti Johannis continue numerandos. Que et omnia premissa consentimus, ratificamus et approbamus in hiis scriptis. Quare pro evidenti testimonio omnium premissorum majus sigillum nostrum ex certa nostra scientia atque jussu presentibus est appensum. Datum et actum in castro nostro Bergedorpe, anno Domini 1376, in crastino festi Corporis Christi, presentibus nostris fidelibus Johanne Scaken et Nicolao Parkentin, ac quam pluribus aliis fide dignis, testibus ad premissa rogatis specialiter et vocatis.

CCCCXXV.

Herzog Erich (IV.) von Sachsen-Lauenburg bestätigt einen Vergleich zwischen Bischof Heinrich von Ratzeburg und Ludolf von Karlow wegen der Insel Styntborg. 1376. September 8.

Original im Ratzeburger Dom-Archiv zu Strelitz.

In nomine Domini amen. Ericus Dei gracia dux Saxonie, Angarie et Westfalie, universis Christi fidelibus, ad quorum notitiam presentia pervenerint, salutem in Domino sempiternam. Quemadmodum experientia rerum docet, quod nonnisi in pacis tempore lis tolitur autor (?) pacis, expedit viros et consatos (?) precipue ad curam et gubernationem gregis Domini deputatos in pace fovere, ut eo securius eoque devocius pacis Autori debitum queant reddere famulatum; quapropter presentes scire cupimus et posteros non latere, quod, cum dudum inter venerabiles in Christo patres et dominos episcopos ecclesie Razeburgensis atque [capitulum] ex una parte, et nonnullos vasallos seu fideles quondam nostrorum progenitorum felicis memorie dictos de Karlowe specialiter villam Lassan possidentes, de et super insula quadam, quae vulgariter Styntborgh appellatur, juxta insulam Kampenwerder in stagno Schalze situatam seu eidem insule conti-

guatam suisque attinenciis et ipsarum possessione, multiplices lites, contestationes et controversie ex altera parte suborte et commote fuissent: tandem strenuus famulus Ludolfus de Karlowe noster fidelis se cum reverendo in Christo patre et domino Hinrico episcopo Razeburgensi ad bonum pacis et ad concordiam perpetuam cupiens conformare, de consilio, beneplacito et consensu expresso strenuorum virorum Arnoldi et Vickonis de Karlow, suorum patruorum, nostrorum fidelium, premissa etiam cum suis ceteris amicis super hoc deliberatione matura, ab omnibus et singulis contentionibus, litibus et controversiis predictis, necnon impeditione, impedimento et molestatione, ac ab omni jure, commodo et utilitate, et que suis progenitoribus seu ipsi Ludolfo aut quibuscunque suis heredibus vel successoribus competebant seu competere poterant seu poterunt quomodolibet in futurum, in predicta insula suisque attinenciis, ob salutem animarum ipsius et progenitorum suorum, cessavit, dimisit et renunciavit penitus et in totum, prout haec omnia et singula premissa in literis dicti Ludolfi ac ipsius et dictorum Arnoldi et Vickonis sigillis sigillatis dinosci plenius continentur; verum dictus reverendus in Christo pater ac dominus Hinricus episcopus Razeburgensis affectionis, quantum est possibile, materiam omnium litium et dissentionum sibi suisque successoribus quoad premissam insulam et suas attinencias, prout ipsa per se jacet in suis terminis et limitibus, amputando, sermone nobis humiliter supplicavit, quatenus cessationem, dimissionem et renunciationem premissas utque eadem insula cum suis attinenciis in nostro ducatu seu dominio dinoscitur situata, ob honorem Dei omnipotentis ac beate Marie virginis genetricis sue nostrorumque progenitorum et nostre animarum salutem et remedium, dignaremur approbare, gratificare et ratihabere. Nos, super premissis habita cum nostris fidelibus deliberatione diligenti ac maturo consilio, cessationem, dimissionem et renunciationem predicti Ludolfi necnon insule et attinentium premissarum, ob honorem Dei omnipotentis sueque genetricis semper virginis Marie, nostre nostrorumque progenitorum animarum remedium et salutem, ac predicti domini nostri domini Hinrici episcopi Razeburgensis supplicaciones instantes et devotas, prout infra limites et districtum nostri ducatus et dominii sepe dicta insula cum suis attinenciis omnibus, prout ipsa pro se in suis terminis et limitibus situata dinoscitur, approbamus, gratificamus et firmiter confirmantes rata habemus, in hiis scilicet volentes, ut eadem insula cum omnibus et singulis suis attinenciis; prout ipsa per se ideoque in suis terminis et limitibus [jacet [1]], apud dominum Hinricum episcopum predictum et quoslibet suos successores perpetuis temporibus permaneat, ac ipsi pro omni suo commodo, utilitate, voluntate, perfruantur pacifice et quiete, contradictione cujuslibet non obstante. In quorum omnium evidens

[1] fehlt in der Abschrift.

testimonium nostrum sigillum ex certa nostra scientia presentibus est appensum. Datum Lauenborgh, anno Domini 1376, in die nativitatis Dei genetricis virginis Marie, presentibus honorabilibus viris, domino Wasmodo Scartz et domino Vickone de Hidzaker, militibus, Bethemanno Tzabel et Frederico de Wantzeberg, et aliis quam pluribus fide dignis.

An der Urkunde hängt das grosse Siegel des Herzogs Erich mit den Sternen im Siegelfelde zur Seite des Reuters, in gelbem Wachs.

CCCCXXVI.

Das Domcapitel zu Schleswig verpachtet seine Güter in Tranebüll an Segebode Krummendiek. 1377. Juni 14.

Original im Geheimen Archiv.

Omnibus presens scriptum cernentibus Johannes Wanekini prepositus totumque capitulum ecclesie Sleswicensis salutem in Domino. Notum facio universis, quod nos strenuo armigero Segeboto Krummedike omnia bona nostra in villa Tranebyl, cum omni jure nostro, silva seu rubetis tantum exceptis, ad triennium, pro decem solidis annone, locaverimus et locamus per presentes; ita quod quolibet anno ipsorum trium annorum nobis Sleswik solvat seu solvi faciat dictos decem annone solidos in festo beati Andree prompte et expedite. In cujus testimonium secretum capituli nostri presentibus est appensum. Datum Sleswich, anno Domini 1377, in profesto beatorum Viti et Modesti martyrum gloriosorum.

Siegel.

CCCCXXVII.

Herzog Erich (IV.) von Sachsen-Lauenburg bestätigt dem Bischof Heinrich von Ratzeburg den Ankauf eines Feldes nahe bei der Bullenmühle bei Stove von Ludolf von Karlow. 1378. September 21.

Aus dem Copiarius der Ratzeburger Kirche.

In nomine Domini Amen. Ad perpetuam rei memoriam. Nos Ericus Dei gratia dux Saxonie, Angarie et Westfalie, tenore presencium recognoscimus lucidius protestantes, quod, cum pridem dilectus noster Arnoldus de Karlowe armiger, mature deliberatus, de beneplacito et consensu Ludolphi de Karlowe patris sui et aliorum, quorum intererat et ad id consensus fuerat requirendus, quendam campum, prope molendinum Bullemole et inter instagnationem Redwisch ex una parte ac inter distinctionem agrorum Stove ex altera parte situatum, reverendo in Christo patri ac domino Hinrico episcopo Razeburgensi, pro se et suis successoribus ab ipso Arnoldo legitime comparanti, pro viginti marcis denariorum Lubecensium, cum universis suis attinentiis, utilitatibus, commodis, libertatibus et juribus quibuscunque, prout ad ipsum et suos progenitores pertinebat, justo emptionis et venditionis titulo rite et rationabiliter vendidisse: idem dominus Hinricus episcopus nos attencius exoravit, quatenus hujusmodi vendicionem approbare, quidquid juris et superioritatis in predicto campo ratione dominii nobis competiat, petit (?) cum translatione ejusdem dominii ipsi et suis successoribus gratiose impertiri, etiam divini amoris intuitu dignaremur. Nos vero peticioni sue hujusmodi pie amplectentes, ac cum nostris consiliariis et fidelibus mature deliberati, ipsius eciam benevolentiam nobis et nostris parentibus quam frequenter exhibitam non immerito attendentes, premissam venditionem Arnoldi supradicti, de consilio nostrorum fidelium, in singulis suis articulis approbavimus et presentibus approbamus, et nichilominus [1] proprietatem omnemque superioritatem ac quicquid juris et dominii nos nostrique progenitores in predicto campo et suis terminis habuisse dignoscimur, in eundem dominum Hinricum episcopum suosque successores in perpetuum liberaliter transferentes ac curie sue Stove applicantes, nobis et nostris successoribus seu heredibus in eodem campo et suis terminis ac limitibus penitus nichil reservamus. In cujus rei testimonio presentes nostras literas ex certa nostra scientia conscriptas nostri sigilli munimine jussimus firmiter roborari. Actum et datum Schoneberg, in aula episcopali estivali, anno Domini 1378, ipso die beati Mathei apostoli et evangeliste,

[1] nichilo die Abschrift.

presentibus strenuis viris et honestis Vickone Marschalk, Wazsmodo Schacken, militibus, Hildebrando plebano ecclesie parochialis in Lovenborg, Detleve de Gronowe advocato nostro in Razeborg, Bertoldo de Ritzerowe, Wolcquino Scharpenberg, armigeris, nostris consiliariis, et aliis pluribus nostris fidelibus, testibus ad premissa.

CCCCXXVIII.

Graf Adolf (VII.) bestätigt den Verkauf des Dorfes Kusekesdorf durch das St. Johannis-Kloster an die Stadt Heiligenhafen. 1379. Juli 25.[1]

In nomine Domini amen. Nos Adolfus[2] Dei gracia comes Holtzacie et Stormarie, universis et singulis presentes literas visuris seu audituris cupimus fore notum publice protestando, quod constitute coram nobis et consiliariis nostris religiose et devote in Christo Margareta abbatissa et Wyndelburgis priorissa totusque conventus monasterii beati Johannis evangeliste in Lubeke cum suis provisoribus publice et expresse recognoverunt, se rite et racionabiliter vendidisse et resignasse discretis viris, proconsulibus, consulibus et communitati eorumque successoribus opidi nostri in Hilghenhavene Lubicensis diocesis totam villam Kusekestorpe, in parochia Hilghenhavene situatam, viginti quinque mansos continentem, cum omnibus suis agris, cultis et incultis, pascuis, paludibus, cespitibus, lignis, silvis, nemoribus, rubetis, stagnis, aquis, aquarum decursibus, piscariis, viis et inviis, exitibus et regressibus, terminis, terminorum distinctionibus, prout ipsa villa in terminis suis jacet et ab antiquo est comprehensa, cum omni jure, jurisdictione, judicio supremo, videlicet manus et colli, infimo, et cum aliis omnibus intermediis judiciis, cum proprietate utili et directa, libertate, commoditate, censibus, precariis, exactionibus, excessibus et fructibus, redditibus, proventibus, obventionibus, emolumentis et attinenciis universis, nichil penitus excludendo, quemadmodum villa cum omnibus suis appertinenciis prefatis abbatisse, priorisse et conventui possidentibus hactenus unquam liberius pertinebat; salvo tamen eisdem abbatisse, priorisse, conventui suisque provisoribus, quod predicti proconsules, consules, universitas et eorum successores in Hilghenhavene singulis annis solvere debebunt et expagare integraliter et expedite in, de et ex dicta villa

[1] Aus Dittmer, Ursprung, Verlauf und Ausgang eines 90jährigen Rechtsstreites zwischen dem St. Johanniskloster zu Lübeck und der Stadt Heiligenhafen. Lübeck 1851. p. 36.

[2] Johannes die Ausgabe; s. aber die folgende Urkunde. Die Urkunde des Klosters hat Michelsen im Staatsb. Mag. IX, p. 207 mitgetheilt.

Kusekestorpe et omnibus et singulis pertinenciis suis annuos redditus septuaginta quinque marcarum Lubecensium denariorum in dicto opido Hilghenhavene in die Nicolai episcopi prelibatis abbatisse, priorisse, conventui suisque provisoribus aut eorum certis nunciis; sic tamen quod ipsi proconsules seu communitas nunquam in futurum debeant quovismodo dictam villam in totum vel in parte cuiquam hominum vendere, obligare aut cum aliquo permutare seu alienare absque expresso consensu predictarum abbatisse, priorisse, conventus et provisorum suorum. Perinde si conti[n]geret, quod absit, quod ipsi proconsules, consules, communitas aut eorum successores prefatis abbatisse, priorisse, conventui suisque provisoribus sive nunciis dictos redditus septuaginta quinque marcarum predictis loco et termino integraliter et expedite aut in parte non persolverent ut premittitur, [1] quod extunc antedicta abbatissa, priorissa, conventus suique provisores sine aliqua dictorum proconsulum, consulum, communitatis aut successorum suorum contradictione prefatam villam cum omnibus juribus, pertinenciis et mansis suis in proximo futuro festo beati Petri ad cathedram recipere et reacceptare seque de ea intromittere et ea libere et pacifice uti poterunt pro libitu suarum voluntatum juxta continenciam priorum et antiquarum sigillatarum literarum suarum, et quemadmodum ipsam cum omnibus et singulis juribus et pertinenciis suis hactenus unquam liberius utendo possederunt, prelibatis proconsulibus, consulibus, communitate aut eorum successoribus nichil extunc optinentibus in eadem. Et quia premissa omnia et singula de nostro ac omnium heredum et consiliariorum nostrorum beneplacito et consensu facta sunt atque gesta, et ut ipsa inviolabiliter perpetue perseverent, nos ea expresse approbamus et ratificamus. Ac in hujusmodi nostre approbationis et ratificacionis et omnium premissorum evidens testimonium presentibus sigillum nostrum duximus appendendum. Datum et actum Lubeke, anno Domini millesimo tricentesimo septuagesimo nono, ipso die beati Jacobi apostoli.

[1] promittitur die Ausgabe.

CCCCXXIX.

Die Stadt Heiligenhafen beurkundet den Kauf des Dorfes Kusekesdorf von dem St. Johannis-Kloster für 75 Mark jährlicher Rente. 1379. August 1. [1]

Universis et singulis presencia visuris seu audituris nos proconsules, consules et communitas oppidi Hilghenhavene Lubicensis diocesis cupimus fore notum publice protestando, nos rite et rationabiliter emisse et comparasse a religiosis et devotis in Christo, Margarete abbatissa, Wyndelburge priorissa totoque conventu monasterii beati Johannis evangeliste in Lubeke suisque provisoribus totam villam Cuzekesdorpe cum omnibus et singulis juribus et pertinenciis suis, viginti quinque mansos in distinctionibus suis integraliter continentem, per easdem coram nobili et generoso domino nostro, domino Adolfo comite Holtzacie et Stormarie nobis libere resignatam, prout in literis ejusdem domini nostri comitis ipsiusque sigillo sigillatis plenius continetur; sic tamen quod nos et nostri successores singulis annis prefatis abbatisse, priorisse, conventui, provisoribus aut eorum nunciis integraliter et expedite persolvere tenebimur et expagare pro, de et ex predicta villa cum omnibus juribus et pertinenciis suis perpetuos redditus septuaginta quinque marcarum Lubecensium denariorum in dicto oppido Hilghenhavene in quolibet[2] festo beati Nicolai episcopi absque ulla prorogatione ulteriori seu contradictione; et ne prefate abbatissa, priorissa, conventus et provisores in hujusmodi solutione facienda aliquatenus negligantur, cupientes easdem reddere eo certiores, astrinximus et presentibus astringimus nos et successores nostros, nos aut ipsos nunquam in futurum velle quovismodo dictam villam in totam vel in parte cuicunque hominum vendere, obligare, impignorare aut cum aliquo permutare, distrahere vel alienare absque beneplacito et expresso consensu prenominatarum abbatisse, priorisse, conventus et provisorum. Perinde si conti[n]geret, quod absit, quod nos aut nostri successores ipsis dictos perpetuos redditus septuaginta quinque marcarum Lubecensium denariorum integraliter et expedite aut in parte in predictis loco et termino, ut premittitur [3], non persolverimus aut non persolverent, quod extunc in proximo futuro festo Cathedre beati Petri antedicta abbatissa, priorissa, conventus et provisores, sine aliqua nostra aut successorum nostrorum contradictione, prefatam villam cum omnibus juribus, pertinenciis atque mansis suis recipere et reacceptare seque de ea intromittere et ea libere et pacifice uti poterunt pro lubitu suarum voluntatum, juxta continentiam priorum et antiquarum sigillatarum literarum

[1] Ebendaher, p. 84. [2] qualibet die Ausgabe. [3] promittitur die Ausgabe.

suarum, et quemadmodum ipsam cum omnibus juribus et pertinenciis suis hactenus unquam liberius utendo possederunt; nobis aut nostris successoribus nichil extunc optinentibus in eadem. Et ut premissa omnia et singula futuris temporibus inviolabiliter possint perdurare, promisimus et presentibus promittimus in hiis scriptis bona fide, nos ea omnia et singula velle, prout scribitur supra, rata, grata et firma inconcusse observare nec contra ea facere vel venire, de jure vel de facto, publice vel occulte, directe vel indirecte, quacunque occasione vel causa, seu quovis quesito colore, per nos vel quamcunque aliam personam ecclesiasticam vel mundanam. Renunciamus perinde pro nobis et successoribus nostris omni exceptioni et beneficio juris tam canonici quam civilis, quibus nos contra premissa [1] juvare possemus vel tueri et juri dicenti generalem renunciacionem non valere. Et in testimonium omnium et singulorum premissorum sigillum nostrum ex certa nostra scientia et consensu presentibus literis est appensum. Datum et actum Lubeke, anno Domini millesimo tricentesimo septuagesimo nono, in octava beati Jacobi apostoli.

CCCCXXX.

Notariatsinstrument über die Übertragung einer Vicarie in der Kirche St. Johannis zu Lüneburg durch den Inhaber Johann von Lippinghusen an das Kloster Reinfeld. 1380. November 19.

Original im Kanzelei-Archiv.

In nomine Domini amen. Anno nativitatis ejusdem 1380, indictione quarta, mensis Novembris die 19, hora terciarum vel quasi, in porticu ecclesie parrochialis oppidi Lunenborch, Verdensis dyocesis, pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri, domini Urbani divina providentia pape sexti anno tertio, in mei notarii publici testiumque infra scriptorum presentia personaliter constitutus coram reverendo in Christo patre et domino, domino Nicolao abbate monasterii in Reynevelde, ordinis Cysterciensis, Lubicensis dyocesis, discretus vir dominus Johannes de Lippinghusen, perpetuus vicarius in prefata ecclesia sancti Johannis in Lunenborch, sponte, libere, deliberate atque voluntarie quandam cedulam, quam in manibus suis tenebat, tenoris infra scripti, volens et intendens per illam hujusmodi sue [2] vicarie cedere, renuntiare, et eandem omnino resignare, ejusque corporalem dimittere passessionem, prout etiam ad manus et utilitatem dicti

[1] promissà die Ausgabe. [2] seu die Abschrift.

abbatis suique conventus in Reynevelde cessit, renuntiavit et dimisit, personaliter legit; cujus cedule tenor de verbo ad verbum sequitur et est talis:

Quia constat mihi, quod dominus Urbanus divina providentia papa sextus vicariam altaris beatorum Thome apostoli et Elizabeth vidue, ad me pertinentem, monasterio in Reynevelde, ordinis Cisterciensis, Lubicensis dyocesis, univit et incorporavit; quapropter ego Johannes de Lippinghusen, vicarius altaris predicti, ob commoditatem et utilitatem predicti monasterii, eidem vicarie in hiis scriptis cedo, et omni juri michi in ea competenti occasione dicte incorporationis et non aliter pure et simpliciter renuncio, necnon possessionem ejusdem vicarie et pertinentiam ejus re et verbo dimitto.

Post cujus cedule lectionem et publicationem idem Johannes, ut ipsi abbas et conventus citius fructum et utilitatem ex hujusmodi vicaria et ejus unione haberent, voluit ipsam vicariam per eandem cedulam habere pro vere et pure renuntiata, resignata et dimissa, et ejus possessionem pro perpetuo relicta ad manus abbatis et conventus predictorum, ita quod mox ipsam et ejus possessionem apprehendere valerent, ipsam libere tenere et secundum formam incorporationis atque unionis predictarum absque ulla ipsius impeticione et aliquo impedimento pacifice et quiete possidere. Super quibus omnibus et singulis premissis idem Johannes sibi per me notarium infra scriptum fieri petiit publicum instrumentum. Acta sunt hec anno, indictione, mense, die, hora, loco et pontificatu, quibus supra, presentibus honorabilibus viris dominis Meynhardo abbate in Scherinbeke, Johanne preposito in Lune monasterio et Hermanno Rechte perpetuo vicario in ecclesia sancti Lamberti in dicto oppido Lunenborg, Verdensis dyocesis, testibus fide dignis ad premissa vocatis specialiter et rogatis.

